Digitized by Google

2
3
57
BIBLIOTECA NAZIONALE
...LE - FIRENZE

Ex Munificentia
Principes 1789.

2.3.57
2 G. 3.
Digitized by Google

CODEX
LAURESHAMENSIS
DIPLOMATICUS
TOM. II.

2.3.57

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX
PRINCIPIS OLIM
LAURESHAMENSIS
ABBATIAE
DIPLOMATICUS
EX
AEVO MAXIME CAROLINGICO
DIU MULTUMQUE
DESIDERATUS

EDIDIT RECENSUIT
ET
PRAEFATA EST
ACADEMIA
ELECT. SCIENT. ET ELEGANT. LIT.
THEODORO-PALATINA

TOMUS SECUNDUS

MANNHEMII
TYPIS ACADEMICIS
MDCCLXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Poſt magnificas regum , imperatorum , principum , pontificum inſtrumenta , narrationes fatorum , traditionumque in Rhenenſi ac Lobodunenſi pagis S. Nazario factarum chartas , quæ primo noſtro codicis Lauresh. volumine continentur , rerum nunc per Wormatienſem maxime , dein Navenſem & Spirenſem pagos , in Craichgovia , Neckergovia , Anglachgovia , Eliſanzgovia , Briſgovia , Gardachgovia , Wingartheiba & Wettereiba eidem abbatiæ traditarum exempla ſu-

Digitized by Google

pra bis mille offerimus; reliqua, quæ ex Herdehe, Logenehe & Alemanniæ pagis, ex Nitachgovia, Moinachgovia, Cocheimgovia, Jagesgovia, Murachgovia, Phunzingovia, Zabernachgovia, Naglachgovia, Bretachgovia, Uſgovia, Glemisgovia, Waltſazia, Scaflenzgovia, Haſſia, Salzgovia, Phlumgovia, Smecgovia, Rangovia, Angerisgovia, aliisque pagis bene multis ſuperſunt, cum inſtructiſſimis totius operis indicibus ad uſus publicos propediem tomo tertio eoque ultimo communicaturi.

Quam non inanis ſit opera hæc data præſtitaque literis, inprimis patriis, ſive nomina ſpectes locorum hominumque, ſive mores & jura antiqua, æqui veræ eruditionis æſtimatores, vel nobis tacentibus, intelligunt.

Acci-

Digitized by Google

Accidit interea temporis, dum iſthæc agimus, mirum quid & ſingulare, de quo neceſſe eſt ad lectorem referamus.

In abbatia Gottvicenſi codicis Lauresh. exemplum, prelo ſubeundo pridem deſtinatum, aſſervari, ad primum editionis hujus noſtræ volumen præfati ſumus; at Tegernſeenſis in Bavaria monaſterii typis propediem illud excuſum iri, neſciebamus plane, & fama incerta cum id accepiſſemus, negarunt amici in Bavaria, ad quos ea de re ſcribi curavimus; ſive quod opus prelum nondum ſubiiſſet, ſive quod id ignorari ab aliis voluerint Tegernſeenſes.

Theſauro itaque tam diu deſiderato ne orbis literatus, longioris moræ impatiens, diutius careret, ex latebris ille ſuis in lucem a nobis

pro-

Digitized by Google

protractus eſt eo lubentius, quod inſpecto & collato codicis autographo de veritate noſtræ lectionis certiſſimi eramus.

Prodierat ſub anni hujus initium tomus primus, & ſecundus ſudabat ſub prelo, cum ecce nuntius novus afferretur de Tegernſeenſi ejusdem libri editione, cujus exemplum denique paucis abhinc diebus nacti, famam minime fallacem fuiſſe intelleximus, & quod miratu dignius, eodem plane modo, eademque forma utramque editionem adornatam eſſe obſervavimus, non aliter fere, ac ſi communicata utrimque conſilia fuiſſent.

Conveniunt *Codex diplomaticus* in titulo, caracterum in textu hiſtorico chronici atque diplomatico diverſitas, animadverſiones textui paſſim ſubjectæ, in quibus ſagaciſſimus editor

Gott-

Digitized by Google

Gottvicenſis , cui acceptam nuper ſupremam abbatiæ ſuæ dignitatem valde gratulamur , alter Beſſelius , noſtras , quæ rariores ſunt, adeo ſuas reddidit , ut vel ipſe vel nos de plagio accuſari poſſe videamur , at nos maxime , noſtra editio quod Tegernſeenſi, ſi titulum ejus & præfationem legas, (a) biennio recentior ſit, quamvis in lucem prodierit prima. Nec dum illa, quod novimus , publici facta eſt juris, propter defectum indicis , qui ſingulis tomis ſubjungi debet.

Habes hic, lector, diverſitatem a noſtro propoſito , qui totius codicis indices congeremus in unum. Sed & diverſitas inſignis eſt in voluminum mole , tomus Tegernſeenſis vel , ſi mavis , Gottvicenſis primus , quem in manibus habemus , partem noſtram chronographicam

b tan-

(a) In imo tituli & in fine præfationis poſitus eſt annus MDCCLXVI.

Digitized by Google

tantum quod contineat, id eſt, chronicon abſque traditionibus per pagos deſcriptis. Et in chronico iſto, quæ a Frehero edita pridem ſint vel omiſſa, non æque diligenter indicatum eſt a Gottvicenſibus, ac a nobis. Nec probamus ſane illorum a diphthongis aberrationem, vitium non codicis, ſed invito ei, quemadmodum ex prima noſtra præfatione pateſcit, illatum.

Sunt deinde lectiones, quod reverendiſſimi abbatis Magni, viri profecto doctiſſimi, pace dixerimus, in Tegernſeenſi editione haud raro vitioſæ. Ita pag. 25 utriusque editionis (tam mire conſpirant) charta donationis legitur Wigberti in Rigemago &c. & in charta hac loca Piſinhaim, Frigbodesdorph, Rigimagum &c. Tegernſeenſis ponit *in pago Renenſi*, noſtra *in*

pago

Digitized by Google

pago Rigorinſe. Confirmat noſtram lectionem ipſe Gothefridus Beſſelius, digniſſimus olim Gottvicenſis abbas, (b) qui vero vocabulum illud *Rigorinſe* ad lectionis Tegernſeenſis mentem de pago Rhenenſi interpretatus eſt, audacter nimis, imo falſiſſime, uti in pagi Rhenenſis deſcriptione, ſecundo actorum academiæ hujus volumini proxime inſerenda, docebitur.

Geographico huic ſphalmati unicum addere liceat chronologicum, quod pag. 133 occurrit in anno incarnationis Dom. *DCCCCLIIII*, ubi ſupplendum eſſe numerum denarium, legendumque DCCCCLXIIII, recte quidem monetur, at nævus hic male imputatur autographo, imputandus ſoli deſcriptori ejus Gottvicenſi.

(b) *Prodr. chron. Gottwic.* part. II, pag. 743 & 745.

Digitized by Google

Mittimus alia, ne moroſiores videamur, qui humana nulla, adeoque nec noſtra, a labe immunia eſſe conſcii veniam

Petimusque damusque viciſſim.

Dat. in cenſeſſu noſtro prid. cal. Octobres MDCCLXVIII.

Digitized by Google

DCCCXIX.

Donatio Bloae in Wormacia.

CAnno III regni domini noſtri Karoli regis, ego Bloa vidua pro remedio animæ meæ dono, donatumque in perpetuum eſſe volo & devota mente confirmo ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio Laureſham, vel ad illos ſervos Dei, qui ibidem Deo ſervire videntur, ubi vir venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, hoc eſt, in civitate ***Wangionum***, quæ cognominatur *Wormacia*, manſum j, cui ſubjungitur de j latere ſtrata, de alio tenet Lingulſus & ipſa donatrix, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii trado atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum. Signum Bloæ, quæ hujus donationis cartulam fieri & firmari rogavit, ſignum Hildigerni filii ejus, ſignum Hiltuuini, ſignum Liutuuini. Samuel ſcripſi.

DCCCXX.

Donatio Hildegerni.

Eodem anno Hiltdigernus dono ad eundem ſanctum martyrem N. j manſum in prædicta civitate *Wormacia* cum caſa & ſcuria, cui ſubjacet ille manſus, & confinis eſt illi, quem genitrix mea ad ſanctum Nazarium tradidit, & duas partes vertit in ſtratam, de jjj latere tenet Lingulſus, & ille alius

manſus ſimiliter conjungitur manſo jam dicto, & in alio latere WARNHERIUS COMES, de jjjj ſtrata, & in marca *Wormacia* jurnal. vjjj de terra araturia, cui ſubjungitur de j latere ratio ſancti Petri, de alio eccleſiæ Wizzenburgenſis, de jjj decurrit *Iſenade*, de jjjj ipſe donator, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico *Paternovilla* coram teſtibus,
17. Sept. XV kalendas Octobris. Signum Hiltdigerni, qui hanc donationem fecit, ſignum Hiltduuini, Liutuuini, Dindonis. Samuel ſcripſit.

DCCCXXI.
Donatio Bloae.

Octavo ejusdem principis anno ego etiam Bloa dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, alium manſum infra civitatem *Wormaciam* ſitum, *& reliqua ut ſupra uſque* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
1. Jan. *Laureſham* kalendas Januarii.

DCCCXXII.
Donatio Bertlindis in Wormatia.

28. Maj. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Junii, anno XII regni domini noſtri Karoli regis, ego Bertlint dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, jj jurnal. terræ arabilis & j vineam in *Wormacia*, donatumque in perpetuum eſſe volo pro remedio animæ meæ & parentum meorum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, ubi Helmericus venerabilis abbas præeſſe videtur. Signum Bertlindis, quæ hanc donationem fecit. Georgius ſcripſit.

DCCCXXIII.

DCCCXXIII.

Donatio Liutdradis Wormaciae.

Ego Liutdrat dono ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham, ubi vir venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, j vineam in *Wormacia*, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum III kalendas Octobris, anno XVIII regni domini Ludouuici 29. Sept.
imperatoris. Signum Liutdradis, Rutwigi, Ruthardi. Altuuinus ſcripſit.

DCCCXXIV.

Donatio Adelgozzi & Cunzonis in Meriſche.

In Chriſti nomine ego Adelgoz & Gunzo pariter donamus ad monaſterium Laureſham, ſive ad ſanctum Nazarium, qui ibidem requieſcit, & Gundelandus vir venerabilis abba præeſſe videtur cum turba plurima monachorum, donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in *pago Wormacenſi*, in *Meriſche* v jurnal. de terra araturia, & j petiolam prati ad dimidiam carradam feni, has res tradidit nobis Willila manu poteſtativa, ut pro anima ejus traderemus ad ſanctum N. quod ita & facimus, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VII idus Maji, anno I regni domini 9. Maj.
noſtri Karoli regis. Signum Adelgoti & Gunzonis, qui hanc donationem fecerunt, Bobonis & Dietheri. Samuel ſcripſit.

DCCCXXV.

Donatio Manegoldi in eadem villa.

Ego Manegoldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in mona-

Digitized by Google

ſterio Lauresham, j jurnal. in *Meriſche* donatumque in perpetuum eſſe volo, ut omni tempore eidem loco proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauresham*, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, anno II regni domini noſtri Karoli regis. Signum Manegoldi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCXXVI.

Donatio Hunargi.

Anno III regni ejusdem principis ego Hunargus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo pro remedio animæ meæ, unum pratum in *Meriſche* ſuper Renum fluvium ſitum, cui ſubjungitur de uno latere res Erkanberti, de alio Albſuindæ nonnæ, a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum
27. Maj. in monaſterio *Lauresham* VI kalendas Junii. Signum Hunargi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCXXVII.

Donatio Radulfi in eodem vico.

In Chriſti nomine, ego Radulfus dono manu poteſtativa pro anima Willigardæ vj jurnal. de terra araturia ſitos in *Meriſche*, donatosque eos eſſe volo in perpetuum ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, cui venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
12. Jun. *Lauresham* II idus Junii, anno V regni domini noſtri Karoli regis. Signum Radulfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Hagrulfi, Sigeberti, Mazonis. Samuel ſcripſit.

DCCCXXVIII.

Digitized by Google

DCCCXXVIII.

Donatio Rutberti & Iſingard.

Anno VII regni domini noſtri Karoli regis ego Rutpertus & conjux mea Iſingart donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro noſtris animabus in pago *Worm.* j manſum in *Meriſchero marca* ſitum, cum campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum a die præſenti de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Laureſham* XX die menſis Auguſti, ſtipulatione ſubnixa. Signum Rutperti & Iſingardæ, qui hanc donationem fecerunt. Signum Liuthardi, Meginhardi, Titdoldi, Rutperti. Richbodo ſcripſit.

DCCCXXIX.

Donatio Hattonis in eadem villa.

Ego Hato dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Meriſche* j pratum, cui ſubjungitur ratio ſancti N. de occidente illam terram, quam ibi juxta viam publicam habere viſus ſum, a die præſenti trado atque transfundo, ita ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V idus Maji, anno X regni domini noſtri Karoli regis. 11. Maj.
Signum Hattonis, qui hanc donationem fecit, Eginonis, filii ejus. Grimarius ſcripſit.

DCCCXXX.

Donatio Radolfi.

In Chriſti nomine ego Radulfus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. pro Dei intuitu j manſum in *Meriſche*

Digitized by Google

ſitum, cum terra aratnria, cujus ſunt jurnal. xxx, & de prato unde poſſunt colligi vj carradæ feni, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco
30. Maj. publico, qui vocatur *Laureſham*, III kalendas junii, anno XIIII regni domini Pippini. Signum Radolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Irimgardæ conjugis ejus, ſignum Waningi, Giſelmundi. Radulfus cancellarius ſcripſit.

DCCCXXXI.

Donatio Oberoldi.

Ego Oberolt dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in monaſterio Laureſham, ubi Helmericus abba præeſſe videtur, jjjj jurnal. in *Meriſche*, quos a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione
20. Mart. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XIII kalendas Aprilis, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Oberoldi, qui hanc donationem fecit. Grimarius ſcripſit.

DCCCXXXII.

Donatio Irminoldi in eadem villa.

Eodem quoque anno ego Irminold dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. dimidiam partem de illo prato, quod dimidium ſoror mea tradidit, quod continet ſimul xv perticas, & jacet in *Meriſche*, perpetualiter poſſidendum ſtipulatione ſub-
13. Febr. nixa. Actum in monaſterio *Laureſham* idus Febr. Signum Irminoldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Dietheri, Weltfridi, Iſinheri. Grimarius ſcripſit.

DCCCXXXIII.

Digitized by Google

DCCCXXXIII.
Donatio Udae.

Anno XVII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Uda dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jj jurnal. de terra arabili in *Meriſche*, donatosque in perpetuum eſſe volo, & promptiſſima voluntate confirmo &c. Actum in monaſterio *Lauresham* XVI kalendas Junii. Signum Udæ, quæ hanc donationem fecit, ſignum Adalrichi, Luittroci. Rudolfus ſcripſit. 17. Maj.

DCCCXXXIV.

Nono vero X ejusdem imperatoris anno ego Liutroch dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. x jurnal. in *Meriſche* ſitos, hos a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* V kalendas Febr. Signum Liutrochi, qui hanc donationem fecit, ſignum Norigaſi. Rudolfus ſcripſit. 28. Jan.

DCCCXXXV.
Donatio Richolfi.

Ego Richolf dono pro remedio animæ meæ & conjugis meæ Erleberthæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j jurnal. in *Meriſche* ſitum, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Junii, XXII anno regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Richolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Beriheri. Rudolfus ſcripſit. 12. Jun.

DCCCXXXVI.

Digitized by Google

DCCCXXXVI.
Donatio Folchelmi.

Anno dehinc proximo ego Folcleih dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. xjjjj jurnal. de terra araturia in *Meriſche*, donatumque in perpetuum eſſe volo, quidquid in eadem marca poſſideo, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
21. Nov. *Laureſham* XI kalendas Decemb. anno XXIII regni domini noſtri Karoli imperatoris. Signum Folcleichi, qui hanc donationem fecit pro anima genitricis ſuæ Idæ, ſignum Autberti. Rudolfus ſcripſit.

DCCCXXXVII.
Donatio Eginonis & Geilae.

Sequenti vero anno eodem principe regnante, ego Egino & conjux mea Geila donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Meriſche*, & quidquid ad ipſam hobam aſpicit, tam manſis, quam campis, pratis aquis, aquarumve decurſibus, omnia a die præſenti, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter poſſidenda ſtipulatione ſub-
2. Jun. nixa. Actum in monaſterio *Laureſham* IIII non. Junii. Signum Eginonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Geilæ conjugis ejus, ſignum Eberhelmi. Reginbertus ſcripſit.

DCCCXXXVIII.
Donatio Adalmudis in Babenheim.

Nono decimo anno regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Adalmunt pro Dei intuitu dono ad ſanctum martyrem Nazarium &c. x jurnal. de terra araturia, in *Babenheim* ſitos, & j vineam in *Quirnheim*, & j dimidium campum eidem vineæ

neæ conjunctum, donatumque in perpetuum eſſe volo de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III idus Septemb. Signum Adalmundi, qui hanc donationem fecit, ſignum Waltmanni. Rudolfus ſcripſit. 11. Sept.

DCCCXXXIX.

Donatio Adalmundi & Berhtgart.

Item ego Adalmunt & conjux mea Berhtgart donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. res noſtras in *pago Worm.* in *Babenheim*, ſive in *Rodenbach* manſum j, & in *Liutresheim* & in *Quirnheim* & in *Buggenheim* xv jurnal. de terra, & vineas in tribus locis, ex quibus colligi poſſunt xv ſituli vini, & de prato ad jj carradas feni, nec non & nosmetipſos ad ſerviendum tradimus in dominium ſancti Nazarii, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum in augmentum proficiendo hæc donatio firma omni tempore & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* III non. Maji, 5. Maj. anno XXV regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Adalmundi & Berthgardis, qui hanc donationem fecerunt. Samuel ſcripſit.

DCCCXL.

Donatio Hunargi in Frankendal.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Octobr. anno IIII regni 20. Sept. domini noſtri Karoli regis, ego Hunargus pro Dei intuitu, vel pro animæ meæ remedio ſeu pro æterna retributione, ut veniam peccatorum noſtrorum adipiſci merear, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Worm.* in *Franckendale*, duas partes unius manſi, cum campis & pratis & paſtura, & quidquid ibidem viſus fui habere, excepta

jjj partes ejusdem manſi, in *Meriſche* quoque meam portionem prati, quæ de legibus mihi pervenit in hereditatem, & j ſervum Hatonem nomine, ac conjugem ejus Aldam, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti N. trado &c. Actum in monaſterio *Laureſham* publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hunargi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Liutrochi, Auttani, Hirminoldi. Harilandus ſcripſit.

DCCCXLI.

Donatio Bertholt in eodem vico.

In Chriſti nomine ego Bertholt dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jj jurnal. in *Franckendale* a die præſenti, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſ-*
28. Maj. *ham*, V kalendas Junii, anno X regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Bertholdi, qui hanc donationem fecit. Grimarius ſcripſit.

DCCCXLII.

Donatio Herimundi in eodem vico.

Eodem anno ego Herimunt dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnal. in *Frankendale*, quos pro anima matris meæ donatos in perpetuum eſſe volo ſtipulatione ſubnixa. Actum
11. Maj. *Laureſham* V idus Maji. Signum Herimundi, qui hanc donationem fecit. Grimarius ſcripſit.

DCCCXLIII.

Donatio Audonis in Meriſche & in Frankendal.

Anno XIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Audo dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requi-

quieſcit in monaſterio Lauresham, id, quod mihi tradidit Helitbertus manu poteſtativa, ut darem pro anima ipſius, donatumque in perpetuum eſſe volo dimidium manſum, in *Frankendale* ſitum, & xjjjj jurnal. de terra araturia, & in *Meriſche* j pratum trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XIIII kalendas Febr. Signum Audonis, qui hanc donationem fecit, Herimundi. Grimarius ſcripſit. 19. Jan.

DCCCXLIV.
Donatio Reſtingi in Frankenthal & in Meriſche.

Eodem anno ego Reſtingus dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, j jurnal. in *Frankendal*, alterum in *Meriſche* perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* V kalendas Aprilis. Signum Reſtingi, qui hanc donationem fecit. 28. Mart.

DCCCXLV.
Donatio Altwini in Frankendal.

Ego Helitbertus dono pro anima Altuuini, quod ipſe mihi tradidit, ut traderem ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, x jurnal. de terra arabili, a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* X kalendas 23. Maj. Junii, anno XXI regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Helitperti, qui hanc donationem fecit, Walthardi, Hiltdigundi, Rattrudis. Grimarius ſcripſit.

Digitized by Google

DCCCXLVI.

Donatio Egilolfi in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Egilolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Frankendal* ſitum cum omni ædificio ſuperpoſito, & jjjj jurnal. de terra & j vineam ſuper ipſum manſum perpetualiter poſſidenda ſtipulatione ſubnixa.
30. Aug. Actum in monaſterio *Lauresham* III kalendas Septemb. anno, quo ſupra. Signum Egilolfi, qui hanc donationem fecit, Williheri presbiteri, Sigehelmi, Herimari. Rudolfus ſcripſit.

DCCCXLVII.

Donatio Hechonis in eadem villa.

Anno XXVII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Hecho dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. hoc eſt, quod dono pro anima Batulfi, j vinea in *Frankendale* ſita, quam ipſe Batulfus mihi tradidit, hanc a die præſenti trado de jure meo in jus & dominium ſancti N. transfundo perpetualiter poſſidendam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
13. Jun. *Lauresham* idus Junii. Signum Hechonis, qui hanc donationem fecit. Sigericus ſcripſit.

DCCCXLVIII.

Donatio Ratbaldi in Ebenſtein.

Anno VII regni domini noſtri Karoli imperatoris ego Ratbald dono pro remedio animæ Rutperti, quod ipſe mihi tradidit manu poteſtativa, ut traderem ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. vj jurnal. in *pago Worm.* in villa *Ebenſtein* ſitos, quos a die præſenti donatos in perpetuum eſſe volo, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*

resham

reſham XVIII kalendas Junii. Signum Ratbaldi, qui hanc donationem fecit. 15. Maj.

DCCCXLIX.

Donatio Rudolfi in eadem villa.

Ego Rudolfus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Ebiſtein* mihi de conjuge mea Richgarda provenit, quod & ipſa mecum pariter tradidit, manſis, terra araturia, pratis, paſcuis, aquis, cum omnibus, quæ in ipſa marca habere viſi fuimus, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V kalendas Aprilis, anno XIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rudolfi, qui hanc donationem fecit. 28. Mart.

DCCCL.

Donatio Rutperti in eadem villa.

Ego Rutpertus & conjux mea Hiltdrut donamus ad ſanctum Nazarium &c. j pratum in *Ebinſtein* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*, anno XIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, non. Martii. Signum Rutperti, qui hanc donationem fecit, ſignum Minolachi, Giſelberti. Rudolfus ſcripſit. 7. Mart.

DCCCLI.

Donatio Baltheri in eadem villa.

Anno quoque eodem ego Baltheri dono pro anima mei germani Liobheri ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, cui venerabilis Helmericus abba præeſſe videtur, j mancipium Albhardum in *Ebinſtein* habitantem.

DCCCLII.

Donatio Herimanni & Welimanni.

Nos in Dei nomine Herimannus & filius meus Weliman donamus ad ſanctum martyrem Nazarium &c. j manſum in *Ebinſtein* ſitum, & vj jurnal. de terra araturia, & j petiolam prati, de qua colligi poſſunt jj carradæ ſeni, hæc tradimus de jure noſtro, ut a die præſenti ad ipſum locum ſanctum proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, kalendas Maji, anno XVIII regni domini noſtri Karoli. Signum Herimanni & Welimanni, qui hanc donationem fecerunt. Rudolfus ſcripſit.

1. Maj.

DCCCLIII.

Donatio Rutberti in eadem villa.

20. Nov. In Chriſti nomine XII kalendas Decemb. anno XXII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Rutbertus & filia mea Albleib donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j pratum in *Ebinſtein* ſitum, ad xxv carradas ſeni refertum, perpetualiter ad poſſidendum, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* die & tempore quo ſupra. S. Ruperti & Albleibis, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Giſelberti, Liutheri. Rudolfus ſcripſit.

DCCCLIV.

Donatio Udali.

Eodem anno ego Udal dono pro anima genitricis meæ Burgſuindis, quod ipſa mihi tradidit, ut traderem ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, quod & ita feci, vjj videlicet jurnal. de terra araturia

turia in *Ebinſtein* ſitos, hos a die præſenti trado de jure meo & transfundo in jus & dominium ſancti N. in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XVIIII kalendas Januar. anno, quo ſupra. Signum Odal, qui hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſi. 15. Dec.

DCCCLV.

Donatio Gundoldi.

Anno XXIII regni domini noſtri Karoli imperatoris, ego Gundoldus & conjux mea Irminſuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Ebinſtein* cum curtili, & xx jurnal. de terra araturia, & prata in tribus locis, in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* IIII kalendas Martii. Signum Gundoldi, qui hanc donationem fecit, ſignum Egilolfi, Leibolfi. Rudolfus ſcripſit. 26. Febr.

DCCCLVI.

Donatio Welimanni.

Weliman donavit ad ſanctum Nazarium jjj jurnal. in *Ebinſtein* pro anima genitricis ſuæ Hildiuuaræ & j pratum, unde colligi poſſunt jjj carradæ feni.

DCCCLVII.

Donatio Salachonis in Birgelen.

In Chriſti nomine ego Salacho dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Birgelen* ſuper fluvium Renum in *pago Wormacienſi*, cum terris, campis, pratis, paſcuis, perviis ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia à die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*

12. Jun. *reſham* II idus Junii anno XXII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Salachonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Eginbaldi, Amalrici, Leibolfi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCLVIII.

Donatio Witteri in Hepphenheimer marca.

In nomine ſanctæ Trinitatis. Licet parva & exigua ſint, quæ pro immenſis peccatis & debitis noſtris offerimus, tamen pius Dominus noſter Jeſus Chriſtus non quantitatem dati muneris, ſed devotionem animi proſpicit offerentis, ideo ego Witherius & Lantfridus donamus pro anima Titſuindæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in *Hepphenheim* manſum j cum caſa & ſcura deſuper, & terra araturia, pratis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, ad integrum a die præſenti tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio

3. Nov. *Laureſham* publice jjj non. Novemb. anno XV regni domini noſtri Pippini regis. Signum Witherii & Lantfridi, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt. Wiglarius ſcripſit.

DCCCLIX.

Donatio Radulfi.

Anno quo ſupra ego Radulfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, donatumque in perpetuum eſſe volo, quod mihi de parte germani mei Frutheri obvenit, in terra araturia in duobus locis j & pone j jurnal. in tribus locis prata, & in *Iberneshteim* vineam j, quæ mihi per traditionem conjugis meæ obvenit, & terram votivam ad faciendam vineam eidem vineæ cohærentem, trado in Dei nomine perpetualiter poſſidendam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III kalendas

lendas Julii. Signum Radulfi, qui hanc donationem fecit, ſignum HATTONIS COMES, ſignum Aganungi, Odacri. Samuel ſcripſit.

DCCCLX.

Donatio Ruduuici.

Ego Ruduuicus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. j pratum in *Hepphenheim* in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* idus Septemb. anno III regni domini noſtri Karoli regis glorioſi. Signum Ruduwici, qui hanc donationem fecit, ſignum Guntrami, Adelberti, Folcberti. Samuel ſcripſit. 13. Sept.

DCCCLXI.

Donatio Sigitrudis.

Eodem anno ego Sigitrudis pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in *Hepphenheim*, a die præſenti, ut ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*. Signum Willibaldi & Sigitrudis, qui hanc donationem fecerunt. Samuel ſcripſit.

DCCCLXII.

Donatio Hildibaldi in Hephenheim.

Sequenti vero anno ego Hildibaldus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j jurnal. terræ araturiæ in *Hepphenheim* ſitum, in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, XV kalendas Junii. Signum Hiltdibaldi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit. 18. Maj.

DCCCLXIII.
Donatio Irminoldi.

Anno V regni domini noſtri Karoli regis magni, ego Irmenoldt dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jjj jurnal. in *Hepphenheim* in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
9. Jun. ſterio *Lauresham*, V idus Junii. Signum Irminoldi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCLXIV.
Donatio Herefridi.

In Chriſti nomine ego Herifridus dono pro remedio animæ genitricis meæ Berethgadæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jjjj jurnal. de terra araturia in *Hepphenheim* ſitos, in Dei nomine perpetualiter poſſidendos. Actum in monaſterio *Lau-*
18. Nov. *resham* XIIII kalendas Decemb. anno VI regni domini noſtri Karoli regis. Signum Herifridi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCLXV.
Donatio Wolfgangi.

Eodem anno ego Wolfgangus & conjux mea Frideburg donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro noſtris animabus j jurnal. in *Hepphenheim*, in Dei nomine perpetualiter poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
29. Jul. *Lauresham* IIII kalendas Auguſti. Signum Wolfgangi & Frideburgæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Sigebaldi, Malbodonis, Magwini. Walthelmus ſcripſit.

DCCCLXVI.

DCCCLXVI.
Donatio Landfridi.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Febr. anno VII regni domini noſtri Karoli regis, nos Lantfridus & Hiuorin donamus manu poteſtativa pro anima Wolfleigæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jj manſos cum xvjjjj jurnal. terræ araturiæ in *Hepphenheimer* marca ſitos, & j petiolam prati, vel quidquid ipſa ibidem habere viſa fuit, ad integrum tradimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham.* Signum Lantfridi & Hiuorini, qui hanc donationem fecerunt. Hornungus ſcripſit. 27. Jan.

DCCCLXVII.
Donatio Liutwini.

In menſe Novemb. anno quo ſupra, ego Luitwinus dono pro animæ meæ remedio ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. jjjj jurnal. terræ araturiæ in *Hepphenheim*, perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham.* Signum Luitwini, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCLXVIII.
Donatio Dietnandi in Hepphenheim.

In octavo anno regni domini noſtri Karoli regis ego Dietnanth dono ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. x jurnal. in *Hepphenheim* & jj mancipia, Udalſuindam & Amalſuindam, quæ ſibimet ipſis jjj dies in ebdoma proficiant, jjj dies ſancto Nazario ſerviant, a die præſenti, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* kalendas Decembris. Signum Luitolfi, Ekkiradi, Luituuini. Grimarius ſcripſit.

Digitized by Google

DCCCLXIX.
Donatio Rudolti.

Ego Rudolt & Aba ſoror mea donamus pro anima patris noſtri Irminoldi, ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jjj jurnal. de terra in *Hepphenheim*, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* XI kalendas
21. Apr. Maji, anno X regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rutoldi & Abæ ſororis ejus, qui hanc donationem fecerunt. Signum Rutgeri, Sigefridi. Grimarius ſcripſit.

DCCCLXX.
Donatio Aldolfi.

Ego in Dei nomine Aldolfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in *Hepphenheimero marca* vjj jurnal. de terra araturia & j vineam, a die præſenti, ut eidem loco omni tempore proficiat in augmento ſtipulatione
4. Mart. ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, IIII non. Martii, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Aldolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rudrici, Heriolfi. Rudolphus ſcripſit.

DCCCLXXI.
Donatio Udilhildis.

Anno XV regni domini noſtri Karoli regis, ego Udilhilt pro anima fratris mei Helitperti dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Hepphenheim* a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, VIII ka-
25. Aug. lendas Septemb. Signum Udilhildis, quæ hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCLXXII.

DCCCLXXII.
Donatio Reginholdi.

Ego in Dei nomine Reginolfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem Chriſti &c. j mancipium nomine Willehelmum & j manſum, cum peculiari præſcripti mancipii, & cum terra araturia, campis, pratis, paſcuis, & quidquid ibidem habere viſus fui, a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII kalendas Junii, anno XVIII regni domini noſtri Karoli imperatoris. Signum Reginulfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Sigeberti, Udilhildis. Rudolfus ſcripſit. 25. Maj.

DCCCLXXIII.
Donatio Winiheri & Gomedrudis.

Ego Winiheri & conjux mea Gomedrut donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, j manſum in *Hepphenheim* cum xxx jurnal. terræ araturiæ, & duobus pratis, cum ædificio & omnibus pertinentiis ejusdem manſi, & jj vineas & j caſadum Adalherum nomine, cum omni laborato ſuo, & j ancilla, ſtipulatione ſubnixa.

DCCCLXXIV.
Donatio Gisberti.

Gisbertus & Udilbaldus tradiderunt ſancto Nazario, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laureſham, jjjj jurnal. in *Hepphenheim.*

DCCCLXXV.
Donatio Herimari.

Anno XX regni domini noſtri Karoli regis, ego Herimar dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. vineam j in *Hepphenheim*, quam mihi tradiderunt Muodo & filius ejus Winidingus, in Chriſti nomine perpetualiter poſſidendam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
30. Mart. naſterio *Laureſham* III kalendas April. Signum Herimari, qui hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit.

DCCCLXXVI.
Donatio Sturolfi.

Ego in Dei nomine Sturolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j petiolam de vinea in *Hepphenheim* & terra araturia v jurnal. in Dei nomine perpetualiter poſſidendos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus
14. Maj. Maji, anno XXII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Sturolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Manolfi, Manegoldi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCLXXVII.
Donatio Frikkolfi.

Item anno eodem ego Frikkolf & conjux mea Dietſuint donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j jurnal. in *Hepphenheim* de terra araturia, a die præſenti ſtipulatione
24. Jun. ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* VIII kalendas Julii. Signum Frikolfi & Dietſuindæ conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt. Signum Ratbaldi, Hugibaldi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCLXXVIII.

Digitized by Google

DCCCLXXVIII.

Donatio Gomonolſi.

In Chriſti nomine ego Gomonolſus presbiter dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. duos manſos in *Hepphenheim*, cum j eccleſia & ædificio ſuperpoſito, & vineas jjj, & quidquid in eadem marca habere viſus fui vel poſſidere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus. Item in *Freimeresheim* tam terris, campis, pratis, paſcuis, vineis, perviis, & quidquid ibidem habere videor, tam de comparato, quam de conquiſito, vel quolibet attracto ad me noſcitur perveniſſe, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II kalendas Martii, anno, quo 28. Febr. ſupra. Signum Gomonolſi, qui hanc donationem fecit, ſignum Wiggeri, Giſelhelmi, Ruſuuini. Rudolſus ſcripſit.

DCCCLXXIX.

Donatio Guntrudis.

Item anno eodem ego Guntdruth dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, ubi vir venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, in *Hepphenheim* xvj jurnal. de terra araturia & manſum unum cum caſa, & ſcura deſuper, & j pratum ad jj carradas feni, trado in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V kalendas 28. Jul. Auguſti. Sig. Guntdrudis, quæ hanc donationem fecit. Rudolſus ſcripſit.

DCCCLXXX.

DCCCLXXX.

Donatio Radilae.

Ego in Dei nomine Radila dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnal. in *pago Worm.* in villa, quæ dicitur *Hepphenheim* ſitos, a die præſenti in perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* II idus
12. Aug. Auguſti, anno, quo ſupra. Signum Radilæ, quæ hanc donationem fecit.

DCCCLXXXI.

Donatio Duni clerici.

11. Jun. III idus Junii anno XXIII domini noſtri Karoli regis, Duni clericus atque monachus donavit ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Lauresham, jj manſos in *Hepphenheim*, cum omni ædificio ſuperpoſito, & terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, mancipiis, & quantumcunque in eadem villa habere viſus fui, a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.

DCCCLXXXII.

Donatio Erlebaldi in Hepphenheim.

Eodem anno ego Erlebald dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j manſum in *Hepphenheim* & xx jurnal. & jjjj mancipia, Winifridum, Hiltdigardam, cum filiis eorum, Dietherico & Dietda, a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
27. Mart. Actum in monaſterio *Laureſham* VI kalendas Aprilis. Signum Erlebaldi, qui hanc donationem fecit. Nantherius ſcripſit.

DCCCLXXXIII.

DCCCLXXXIII.
Donatio Wigheri in eadem villa.

Anno XXIIII regni domini noſtri Karoli imperatoris ego Wigherius pro remedio animæ meæ & Meginfridi, quod ipſe mihi dedit manu poteſtativa, dono ad ſanctum martyrem Chriſti Nazarium &c. x jurnal. de terra arabili & j vineam in *Hepphenheim* a die præſenti trado in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* X kalendas Maji, anno XXIV regni domini noſtri Karoli imperatoris. Signum Wigherii, qui hanc donationem fecit. Ego Reginbertus ſcripſi. 22. Apr.

DCCCLXXXIV.
Donatio Fruodwini.

Item anno quo ſupra ego Fruoduuinus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. v jurnal. de terra araturia & j pratum ad duas carradas feni in *Hepphenheimero marca* ſitos, in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* X kalendas Aprilis. Signum Frudwini, qui hanc donationem fecit, ſignum Engilhelmi, Ootbaldi. Reginbertus ſcripſit. 23. Mart.

DCCCLXXXV.
Donatio Ekkenſuindi.

Ego Ekkiſuuint & filius meus Luitbrant donamus pro remedio animarum noſtrarum ad ſanctum Nazarium Dei martyrem &c. x jurnal. de terra arabili in *Hepphenheim*, & j vineam in Chriſti nomine perpetualiter poſſidenda ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſham V idus Junii, anno XXVIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Sig- 19. Jun.

Digitized by Google

num Ekkiſuindæ & filii ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Eberhelmi, Benonis, Wertheri. Reginbertus ſcripſit.

DCCCLXXXVI.

Donatio Hucberti.

Anno dehinc proximo nos videlicet Hucbertus & Willirat conjux mea donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *Hepphenheim* j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & xxxjjj jurnal. de terra araturia, & in jjjj locis vineas & prata ad duas carradas feni, nec non & ego Sigimunt filius illorum dono dimidium manſum pro remedio animæ ſororis meæ Albgardæ, quem ipſa mihi tradidit in Dei nomine perpetualiter poſſidendos. Actum in monaſterio *Lauresham*
1. Jun. kalendas Junii. Signum Hucberti & Wiliradæ, qui hanc donationem fecit, ſignum Sigimundi, Hadawini, Meginbodonis. Reginbertus ſcripſit.

DCCCLXXXVII.

Donatio Reginolfi.

Ego in Dei nomine Reginolfus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Hepphenheim* j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & xjjjj jurnal.de terra araturia, & vineam j in ipſo manſo, & j ſervum Wilihelmum, & prata, & quidquid ibidem habere viſus fui, a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
12. Dec. *Lauresham* IIII idus Decemb. anno XXX regni domini noſtri Karoli regis. Signum Reginolfi, qui hanc donationem fecit, ſignum Gozoldi, Rifridi fratris ejus, Liebolfi, Sigiberti. Reginbertus ſcripſit.

DCCCLXXXVIII.

DCCCLXXXVIII.
Donatio Heregiſi.

In Chriſti nomine ego Herigiſus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod mihi tradidit Rutpertus, ut pro remedio animae ejus ad jam dictum martyrem traderem, quod & facio, hoc eſt, j ſervum nomine Herigerum, & conjugem ejus Nuotam, cum infantibus illorum, & ipſam hobam, in qua ipſi manent, cum omnibus, quae poſſidet in *Heppheuheim*, manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, a die praeſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* VII kalendas Auguſt. anno 26. Jul.
XXXII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Herigiſi, qui hanc donationem fecit, ſignum Rihberti, Beritheri. Reginbertus ſcripſit.

DCCCLXXXIX.
Donatio Liubheri & Fridulindae.

Anno XXXIII regni domini noſtri Karoliglorioſi imperatoris ego Liubheri dono pro anima filiae meae Fridulindae ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. j vineam in *Hepphenheim*, ita, ut ab hac die ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* IIII idus Januarii. Signum Liubheri, 12. Jan.
qui hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit.

DCCCXC.
Donatio Folcradi in Hepphenheim.

Item anno, quo ſupra, ego Folcrat dono pro anima Heroldi ad ſanctum Nazarium Chriſti martyrem &c. viniolam j in

 Hep-

Hepphenheim, & j petiolam de terra araturia, a die præſenti, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* die & tempore quo ſupra. Signum Folcradi, qui hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit.

DCCCXCI.

Donatio Frutheri & Folcradi.

Nos in Dei nomine Frutheri & Folcradus donamus pro anima Irminradi ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in villa *Hepphenheim*, jjj jurnal. de terra araturia, & j vineam a die præſenti, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
8. Dec. naſterio *Laureſham* VIII idus Decemb. anno XXXVI regni domini noſtri Karoli, glorioſi imperatoris. Signum Frutheri & Folcradi, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Wigheri & Emichonis. Reginbertus ſcripſit.

DCCCXCII.

Donatio Ratberti.

Dehinc anno proximo ego Ratbert dono pro remedio animæ meæ & filiorum meorum, Bernungi & Luiduuini, ad ſanctum Nazarium &c. in *Hepphenheim* jjjj jurnal. de terra araturia & j vineam in ea ratione, ut ab hac die jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid pro utilitate monaſterii volueritis facere, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
1. Sept. naſterio *Laureſham* ſub die kalendas Septemb. anno XXXVII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Ratberti, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Folcberti. Reginbertus monachus ſcripſit.

DCCCXCIII.

Digitized by Google

DCCCXCIII.

Donatio Witegowonis Karolo imp. Adalungo abbate.

Ego in Dei nomine Witegowo comes dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum martyrem &c. j manſum in *Hepphenheim*, cum vinea, & xxx jurnal. & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur, a die præſenti trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham*. Heribaldus ſcripſit.

DCCCXCIV.

Donatio Wunnae.

Anno XXXVIII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris, ego Wunna dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. v jurnal. de terra araturia in *Hepphenheim*, ut deinceps ad ipſum locum ſanctum omni tempore proficiant in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* IV idus Maji. Signum Wunnæ, **12. Maj.** quæ hanc donationem fecit, ſignum Adalmanni, Leubolfi, Willinandi. Reginbertus ſcripſit.

DCCCXCV.

Donatio Sigeberti.

Ego Sigebertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j jurnal. in *Hepphenheim*, a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* kalendas Febr. anno IIII regni Ludowici **1. Febr.** imperatoris. Signum Sigeberti, qui hanc donationem fecit, Theodonis, Altberti, Wighardi. Altuuinus ſcripſit.

Digitized by Google

DCCCXCVI.
Donatio Leobgardis.

Anno quo ſupra ego Leobgart dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. j viniolam in *Hepphenheim*, in Dei nomine perpetualiter poſſidendam. Actum in monaſterio
23. Oct. *Lauresham* ſtipulatione ſubnixa, X kalendas Novemb. Signum Liobgardis, quæ hanc donationem fecit, ſignum Luituuini, Beddonis, Rudolfi. Altuuinus ſcripſit.

DCCCXCVII.
Donatio Heirradis & Ruddae.

Nos Herirat & Rudda donamus pro remedio animarum noſtrarum, ac parentum noſtrorum ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in *Hepphenheim* & jurnal. xjj a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa.
16. Jun. Actum in monaſterio *Lauresham* XVI kalendas Julii, anno XII regnante Ludowico imperatore. Signum Heriradi & Ruodæ, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Wolfheri, Richhelmi, Suntgiſi presbiteri. Altuuinus ſcripſit.

DCCCXCVIII.
Donatio Wanberti in Leiberesheim.

Anno XVI regni domini noſtri Pippini regis, ego Wanbertus trado ſancto Nazario &c. j manſum in *pago Worm.* in loco *Leiberesheim* nuncupato, & j vineam, unde poſſunt colligi xx ſiclæ vini, & in *Gaginheim* x jurnal. agri & prati, a die præſenti in Dei nomine perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Signum Waniberti, qui hanc donationem fecit, ſignum Lantfridi, Bruningi, Agiberti. Harilandus ſcripſit.

DCCCXCIX.

DCCCXCIX.

Donatio Richlindis.

In Chriſti nomine ego Richlindis pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. quidquid in *Leiberesheim* ſuper fluvium *Cherminbitzia* habere videor, manſis, terris, vineis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus a die præſenti ſtipulatione ſubnixa, ut ad ipſum locum omni tempore proficiant in augmentis. Actum in monaſterio *Lauresham* II idus Junii, anno III regni domini noſtri Karoli magni, glorioſiſſimi regis. Signum Richlindis, quæ hanc donationem fecit & firmari rogavit, ſignum Helitberti, Wamberti, Bruningi, Erminani, Rudolfi, Agiberti. Samuel rogatu ipſius Richlindis ſcripſit hanc donationis cartam & ſubſcripſit. 12. Jun.

DCCCC.

Donatio Nitheri in Horgiheim.

Anno XIIII regnante domino glorioſiſſimo rege Pippino, ego Nitherus pro Dei intuitu, dono ad eccleſiam ſancti Nazarii martyris &c. j manſum in *Horgiheim* ſuper fluvium *Iſina*, ubi ſtatui unum molendinum, ad ipſum manſum pertinentem petiam prati, quam ego de Madelgiſo dato pretio comparavi, a die præſenti trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauresham* publice. Signum Nitheri, qui hanc donationem fecit. Wiglarius ſcripſit.

DCCCCI.

Donatio Folradi in Huchilheim.

In Chriſti nomine ego Folradus dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Lauresham, de terra araturia jurnal. jjj in *pago Worm.* in *Huchilheim*, in ea ratione,

one, ut a die præſenti eidem loco ſancto omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
5. Apr. ſterio *Laureſham* publice nonas Aprilis, anno XV regni domini noſtri Pippini regis. Signum Folradi, qui hanc donationem fecit. Samuel ſcripſit.

DCCCCII.

Donatio Rutheri Karolo imp. Gundelando abbate.

Regnante domino noſtro Karolo rege nos Weidmann & Rutherus pariter donatores pro anima Heilſuindæ, ut veniam peccatorum ſuorum invenire mereatur in die judicii, donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. jurnal. jjj de terra araturia in *Huchilheim*, quos ipſa nobis manu poteſtativa tradidit, & nos, ſicut ſuperius diximus, a die præſenti tradimus, ita, ut eidem loco omni tempore proficiant in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laurisham*
1. Sept. kalendas Sept. anno III regni ejus. Signum Weidemanni & Rutheri, qui hanc donationem fecerunt. Samuel ſcripſit.

DCCCCIII.

Donatio Rutheri.

In Chriſti nomine ego Rutherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Huchilheim* plus minus jurnal. jjjj de terra arabili a die præſenti ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* III April. anno VIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rutheri, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. Harilandus ſcripſit.

DCCCCIV.

Digitized by Google

DCCCCIV.

Donatio Rutſuuindis in Ebbelesheim.

Ego in Dei nomine Rutſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. rem meam in *Ebbelesheim* jjj videlicet jurnal. de terra a die præſenti perpetualiter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* IIII kalendas Decemb. anno XV 28. Nov. regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Rutſuindis, quæ hanc donationem fecit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCV.

Donatio Winiheri.

Anno XVII regni ejusdem imperatoris ego Winicherus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. j manſum in *Ebbelisheim* cum xx jurnal. de terra araturia & j vineam, cui ſubjungitur ex uno latere res Rudthardi filii mei, hæc trado a die præſenti in dominium ſancti Nazarii in Dei nomine perpetualiter poſſidenda, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* V idus Septemb. 9. Sept. Signum Winiheri, qui hanc donationem fecit. Reginbertus ſcripſit.

DCCCCVI.

Donatio Altolfi & Hugiberti.

Nos Altolfus & Hugibertus donamus pro remedio animæ Bernheri ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. dimidium manſum in *Ebblisheim* cum omni medietate proprietatis ſuæ, vinearum, terræ arabilis, pratorum vel omnium rerum, quas ibi habuit, tradimus atque in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* XV Junii, anno XXII regni domini noſtri Karoli glorioſi imperatoris. Signum Altolfi & Hugiberti, qui

Digitized by Google

hanc donationem fecerunt, ſignum Wurmheri, Theogeri, Irminolfi, Willibodonis, Adelharti, Wolfi. Nantherus in vice. Rudolfi ſcripſit.

DCCCCVII.

Donatio Addonis.

28. Maj. In Chriſti nomine V kalendas Junii anno X regni domini noſtri Karoli regis, nos Addo & Aba conjux mea pariter pro remedio animæ noſtræ ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donationis donamus ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem noſtram in *pago Wormacinſe* in *Arasheim* marca vjj jurnal. de terra, & unum manſum, vel quidquid in ipſa jam nominata marca viſi fuimus habere, a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus &c. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. † Signum Haldonis, † ſignum Abæ conjugis ejus, qui hanc donationem pariter fieri & firmari rogaverunt, ſignum Odolfridi, ſignum Sigefridi, ſignum Benedicti, ſignum Rotberti, ſignum Erkanberti, ſignum Radolfi, ſignum Hildolfi. Ego Grimarius hanc donationem rogatus ſcripſi.

DCCCCVIII.

Donatio Radulfi.

Ego in Dei nomine Radulfus pro remedio animæ Udilrad, quod ipſa mihi tradidit manu poteſtativa, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. hoc eſt, inter *Arasheim* & *Neouarheim* marca de terra araturia jurnal. jjjj a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Lauresham*, ſub die pri-
30. Sept. die kalendas Octobr. anno IIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Radulfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Chitzonis. Rogiſus ſcripſit.

DCCCCIX.

Donatio Bebonis.

Ego in Dei nomine Bebo dono ad ſanctum martyrem Dei Nazarium &c. rem meam in pago Worm. in *Araesheim* marca, unam vineam, & dimidium jurnal. de terra a die præſente dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Lauresham*, perſcriptumque eſt ſub die idus Mart. anno XIIII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Bebonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Heinhardi, ſignum Hattonis, ſignum Wolfgangi, ſignum Gizonis, ſignum Baugolfi. Ego Rudolfus recognovi ſcripſi. 15. Mart.

DCCCCX.

Donatio Odalfridi.

In Chriſti nomine XIII kalendas Martii anno tertio regni domini noſtri Karoli regis, ego Odolfridus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. de terra araturia jurnal. j & dimidium in pago Worm. in *Arasheim* marca, quod mihi dedit Willa, per manus poteſtativas pro remedio animæ ejus, ſic trado atque transfundo, ut ab hac die præſenti omni tempore proficiat in augmentis &c. Actum in monaſterio *Lauresham* publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Odolfridi, qui hanc epiſtolam donationis fieri & affirmare rogavit, ſignum Benedictæ filiæ ejus. Ego Samuel ſcripſi. 17. Febr.

DCCCCXI.

Donatio Teugeri.

Ego in Dei nomine Teutgerus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. hoc eſt, quod ego

ipſe tradidi ad ſanctum Nazarium, in pago Wormac. in *Arasheim* & *Niwarheim* de terra araturia plus minus jurnal. vjj a die præſenti de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii dono trado, atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo, anno II regni domini noſtri Karoli regis. Signum Teutgeri, qui hanc donationem fecit rogatus, ſignum Wolſger. Samuel ſcripſit.

DCCCCXII.

Donatio Wolfgangi & Frideburgis.

In Dei nomine & Jeſu Chriſti filii ejus, qui omnia bona hominibus in terra dedit, & regnum cæleſte promiſit, audivimus beatiſſimam vocem Domini noſtri Jeſu Chriſti, clamantem in Evangelio, & dicentem: quærite primum regnum Dei & juſtitiam ejus, & omnia fient vobis, & iterum, date elemoſinam & omnia munda ſunt vobis. Idcirco nos indigni peccatores Wolfgang & uxor mea Frideburc, cum hanc vocem ex ore miniſtri ſui audiviſſemus, compuncti ſumus corde, & recordati ſumus delictorum noſtrorum, & donavimus pro remedio animæ noſtræ ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Worm. in *Arasheim* marca, quidquid in ipſa marca viſi ſumus, id eſt, manſis, mancipiis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus, ubi molendinum poteſt facere, omnia, ſicut ſuperius dictum eſt, damus a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii tradimus atque transfundimus, &c.
12. Jun. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die pridie idus Junii, anno X glorioſo regnante Karolo rege. Signum Wolfgangi, ſignum Frideburgæ uxoris ejus, quæ hanc donationem fecit. Grimarius ſcripſit.

DCCCCXIII.

Digitized by Google

DCCCCXIII.

Donatio Jordanae & Wolfbodonis.

Nos in Dei nomine Jordana & filius ejus Wolfbodo donamus ad ſanctum martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Rinenſi, in monaſterio, quod vocatur Laureſham &c. hoc eſt in pago Worm. in *Arasheim* pratum & locum ad molendinum faciendum, a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Laureſham* XV kalendas Junii, anno 18. Maj. XXII Karoli regis. Signum Jordanæ & Wolfbodonis, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

DCCCCXIV.

Donatio Rucgeri in Arasheim.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Aprilis, anno X regni 21. Mart. domini noſtri Karoli regis ego Rucgerus dono pro remedio animæ meæ ad partem ſancti Nazarii martyris &c. in pago Worm. in *Arasheim marca* jj jurnal. de terra & tercium dimidium in duobus locis, & ipſam terram vobis trado poſſidendam & agentibus ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Rucgeri, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCXV.

Donatio Waninonis.

In Chriſti nomine ſub die tertia idus Martii, anno VI domini noſtri Karoli regis, ego Wanino dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Harasheim marca* j vineam tenentem jurnal. j a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine &c. Actum in monaſterio

ſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Wannonis, qui hanc donationem fecit, ſignum Bergeri, Reginberti. Samuel ſcripſit.

DCCCCXVI.
Donatio Diotgeri.

13. Oct. In Chriſti nomine ſub die III idus Octob. anno IIII regni domini noſtri Karoli regis, ego Diotger pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. vineam j in pago Worm. in *Harasheim marca*, jungitur ad unum latus Hiltimuthæ, ex alio ratio ſancti Nazarii, a die præſenti dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Tiotgeri, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Rudolfi. Heilradus ſcripſit.

DCCCCXVII.
Donatio Harifridi.

26. Jul. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Auguſti, anno VIII regni Karoli regis, ego Harifrid dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Harasheim marca* jjj jurnales de terra a die præſenti dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Harifridi, HATTONE COMITIS, Nagnarii, Grimberti, Volberti. Ego Grimherus ſcripſi.

DCCCCXVIII.
Donatio Rudingi.

10. Nov. In Chriſti nomine ſub die quod fecit menſis Novemb. dies X, anno XVI regnante domino noſtro Pippino rege, ego Rodunc dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in

Digitized by Google

in *Harasheim marca*, vj partem de una vinea, ad integrum a die preſenti dono trado, atque transfundo &c. Actum in Laureſham publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Rodungi, qui hoc fieri rogavit. Ego Harilandus ſcripſi.

DCCCCXIX.

Donatio Radaldi in Haresheim.

Ego in Dei nomine Radaldus dono pro anima nepotis mei Teugeri, ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Harasheim* marca vjj petiolas a die præſenti dono, trado atque transfundo &c. Actum in *Laureſham* publice ſub die II idus Julii, anno II regni Karoli regis. Signum 14. Jul.
Radolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Hartlendus ſcripſi.

DCCCCXX.

Donatio Rootgardis & Theodonis.

Ego in Dei nomine Rootgardis pro conjuge meo & pro anima germani mei Theodonis dono ad ſanctum Nazarium &c. rem meam in pago Worm. in *Haresheim marca* & in *Niwerheim* marca, cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, manſis, campis, præſidiis, aquis, aquarumve, omnia & ex omnibus, quantum in illis locis viſa ſum habere, vel dominare in præſenti tempore tam de paterno, quam de materno, vel de quolibet adtracto ad me noſcitur perveniſſe. Similiter & in *Guntirsheim marca* dono duas vineas totum & ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c. Actum in *Laureſſa* publice ſub die XII kalendas Octobr. anno primo regnante do- 20. Sept,
mino noſtro Karolo. Signum Folradi filii ſui, ſignum Rootgardæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Thetzonæ, ſignum Burchanæ, Harlandus ſcripſit.

DCCCCXXI.

Digitized by Google

DCCCCXXI.
Donatio Diuriae.

Nos in Dei nomine Diuria & filius meus Oofrih pariter donatores pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium Dei martyrem &c. rem noſtram in *pago Wormacinſi*, in *Ulfridesheim marca* j huobam a die præſenti donamus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum in dominium ſancti Nazarii, ſtipulatione ſubnixa. Actum in
23. Jun. monaſterio *Lauresham* ſub die IX kalendas Julii, anno XXVIII regni Karoli regis. Signum Diuriæ, Oosrihæ filiæ ejus, Ratfridi, Folcoldi, Nandolfi. Reginbertus ſcripſit.

DCCCCXXII.
Donatio Hucberti in Ulfridesheim.

3. Jul. In Chriſti nomine ſub die V nonas Julii, anno VI domini Karoli regis, ego Hucbertus pro remedio animæ Hartberti, quod mihi ipſe tradidit, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Ulfridesheim marca*, & in *Deninheim*, & in *Rodulfisheim*, & in aliis locis, quantumcunque de hereditate ejus videlicet aſpicere, omnia & ex omnibus, excepto ipſorum hominum peculiari, qui ſuper ipſa terra manere videntur, aliud vero ad integrum a die præſenti dono, trado atque transfundo de jure meo in jus ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hucberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Hiltibaldi, Ratberti, Winradi. Hucbertus ſcripſit.

DCCCCXXIII.
Donatio Notolfi in eodem vico.

28. Maj. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Junii, anno VIII regni Karoli regis, ego Notolfus & uxor mea Wineleib donamus ad

ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Ulfridesheim marca*, & uno latere ratio ſancti Nazarii, ſimiliter de alio, a die præſenti donamus &c. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Notolfi & Winelibæ conjugis ejus, qui hanc donationem fecerunt, ſignum Erchenboldi, Willibaldi. Richbodo ſcripſit.

DCCCCXXIV.
Donatio Sigifridi & Rotwardi.

In Chriſti nomine ſub die pridie idus Junii anno VI regni Karoli regis, ego Sigefridus & Rotwardus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Ulfridesheim marca* j vineam a die præſenti de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus atque transfundimus ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Sigifridi & Rotwardi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Walthelmus ſcripſit. 12. Jun.

DCCCCXXV.
Donatio Winidingi in Ulfridesheim.

In Chriſti nomine ſub die V kalendas Junii anno XV regni domini noſtri Karoli regis, ego Winidinc dono pro anima mea ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Ulfridesheim marca* jjjj jurnal. de terra a die præſenti dono, trado atque transfundo, ita, ut ab hac die & deinceps proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham*, ſub die & tempore quo ſupra. Ego Geogius ſcripſi. 28. Mart.

Digitized by Google

DCCCCXXVI.

Donatio Richardae.

Ego in Dei nomine Richart dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. rem meam in pago Worm. in *Ulfridesheim marca*, j petiolam, ubi noſtra curia eſt, a die præſente dono & transfundo, ut nunc & deinceps ad ipſum locum ſancti Nazarii ſeu ad agentes ejus ſemper proficiat. Actum in *Laureſſa*
19. Mart. ſub die XIIII kalendas Aprilis, anno XIII regni domini noſtri Karoli. Signum Rigchardæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCXXVII.

Donatio Richolf.

In Chriſti nomine ego Rihcholf & conjux mea Theotlint ſub
24. Jun. die VIII kalendas Julii, anno XXXIII pro remedio donamus Vaodallaugi ad ſanctum Nazarium Dei martyrem Lauriſſæ &c. hoc eſt vineam j in pago Renenſi (a) in *Ulfridesheim marca* a die præſente donamus de jure noſtro in jus ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die VIII kalendas Julii, anno XXXIII regni dom. noſtri Karoli. Signum Richcholfi & conjugis ejus Theothlind, qui hanc traditionem fieri rogaverunt.

DCCCCXXVIII.

Donatio Richlibae.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die pridie idus Junii, anno III Karoli regis, nos Richliba & Dalwara, nec non & Richardus dona-

(a) Error ſcribæ, pro pago Wormat. de quo hic ſermo. Idem notas chronicas hac in charta & in ſubſequenti bis poſuit, præter morem & neceſſitatem. At in opere longo fas eſt obrepere ſomnum.

Digitized by Google

donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Ulfridesheim* marca, vineam unam tenentem dimidium jurnal. de una parte ratio ſancti Nazarii, de alio pertinet ad *Horinbach* monaſterium, de tertia parte ratio domini regis, a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus, ita, ut ab hac die ad partem ſancti Nazarii proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Richlibæ, Adalwaræ, Richgardæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Samuel ſcripſi.

DCCCCXXIX.

Donatio Vodalſuint.

In Dei nomine die XII kalendas Junii, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli, ego Vodalſuint pro remedio animæ meæ dono ſancto Nazario martyri Dei Lauriſſæ &c. rem meam in pago Wormac. *Ulfridesheim*, hoc eſt, tertiam partem de uno manſu, cui jungitur unum latus Waltfridi, & de alio ipſa donatrix, de tertio ſtrata publica, a die præſente transfundo ad eundem locum, quatenus illic proficiat in augmentum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Ulfridesheim* die XI kalendas Junii, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli. Signum Waldorſi, ſignum Amanolſi, ſignum Vodalſuindi, qui hanc donationem fieri & confirmare rogavit. Reginbertus ſcripſit.

21. Maj.

22. Maj.

DCCCCXXX.

In Dei nomine ego Fricco pro remedio animæ Albradis, quod ipſa mihi tradidit, dono ſancto Nazario martyri, qui requieſcit Lauriſſæ &c. rem meam in pago Wormac. *Ulfrideshemere marca* j vineam & jjj jurnales de terra ad integrum a die præſenti trado & transfundo in dominium ſancti Nazarii, ita, ut in augmentum ſtipulatione ſubnixa proficiat. Actum in

in monaſterio *Laurenſe*. Signum Fricconis, qui hanc donationem fieri & confirmare rogavit. Reginbertus diaconus & monachus ſcripſit.

DCCCCXXXI.

25. Jun. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Julii, anno VI domini Karoli regis, ego Hildis Deo ſacrata, filia Erliwini, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago *Aliſazgowe*, (a) quidquid de facultate mea in ipſa marca habere videor & oportune mihi legibus obvenit, omnia & ex omnibus, totum ad integrum in *Sunnisheim marca* de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hildæ Deo ſacratæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Signum Geroldi, Ramberti, Witogaudi. Samuel ſcripſit.

DCCCCXXXII.

Donatio Lanſuindae in Ulversheim.

13. Jun. In Chriſti nomine ſub die idus Junii, anno XIIII regnante Pippino rege, ego Lantſuinda dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. vineam meam in *pago Wormatienſe* in loco, qui vocatur *Uluuernseim*, & in ipſa curte dono uno donario de terra ad integrum a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi

(a) Difficile eſt dictu, quomodo pagus Aliſazgovia, alias Elſenzgovia dictus, medium in pagum Wormatienſem irrepſerit, cum quo nihil plane, niſi diœceſin eccleſiaſticam, habet commune. Sunnisheim nunc *Sinzheim* vocatur, notiſſimum Palatinatus ad Eliſatiam oppidum.

Digitized by Google

bendi ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Lanſuinctæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCXXXIII.
Donatio Rotlint.

Ego in Dei nomine Rotlint dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c in *pago Wormac.* in *Flaanheim* j manſum cum ædificio & quidquid ad ipſum manſum aſpicere videtur, & quantacunque mea poſſeſſio in prædicta marca eſſe videtur, totum a die præſenti dono, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum, vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die VIII kalendas Julii, anno XIX regni Karoli regis. 24. Jun.
Signum Rotlindæ, quæ hanc donationem fieri rogavit.

DCCCCXXXIV.
Donatio Berhardi clerici.

In Chriſti nomine ſub die IX kalendas Aprilis, anno XII Ka- 24. Mart.
roli regis, ego Berhardus clericus dono pro mea & pro anima genitricis meæ Waltrudis ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Flanheim* marca jjj manſus cum ædificio, & quidquid ad ipſos manſus aſpicere videtur, dono, trado atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernhardi clerici, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Hunnoldi, Reinhardi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCXXXV.

Donatio Thraherii in Flanheim.

27. Oct. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Novemb. anno IIII regni domini noſtri Karoli regis ego Traerius & Gerbertus donamus pro anima germani noſtri Adalberti rem ſuam, quam ipſe nobis tradidit, ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Flanheim* marca, manſum & dimidium, & terram ad ipſos manſus aſpicientem donamus, tradimus atque transfundimus &c. Actum in *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Traeri & Gerberti, qui hanc donationem fieri rogaverunt, ſignum Chrotberti, Nanzonis. Harlandus ſcripſit.

DCCCC XXXVI.

Donatio Adriani & Geroldi.

11. Jul. In Chriſti nomine ſub die V idus Julii anno XXV regni Karoli regis, ego Adrianus filius Geroldi dono pro anima Erbionis germani mei ad ſanctum Nazarium &c. rem, quam mihi tradidit Erbio manu poteſtativa, in pago Worm. in *Flannenheimire marca* j hubam & manſum, & quidquid in ipſa marca habere viſus ſum, excepto ſervo uno, qui ſupra ipſam terram manſit, quem ea ratione ibidem conſtituit, ut ſingulis annis duos fructus arare debeat & ſeminare, & x denarios in cenſum ſolvere diebus vitæ ſuæ, poſt diſſceſſum vero hominibus illius ad ſanctum Nazarium res prædicta cum omni integritate maneat, ſed & nunc dono atque transfundo de jure meo in jus ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Adriani, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Adalberti, Rutberti, Luitardi, Luifridi. Ego Samuel ſcripſi.

DCCCCXXXVII.

DCCCCXXXVII.
Donatio Helmgauzi.

In Chriſti nomine ſub die II idus Aprilis, anno primo regni domini noſtri Karoli regis, ego Helmgauz pro Dei intuitu dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Flanheim* marca jurnal. v de terra araturia a die præſenti perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut habeatis jure habendi & commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Helngauz, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Samuel ſcripſi. 12. Apr.

DCCCCXXXVIII.
Donatio Waltrudis.

In Chriſti nomine ſub die II idus Sept. anno ſecundo regnis Karoli regis, ego Waltrud dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Flanheim* marca, jurnales tres de terra araturia a die præſenti dono ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Waltrud, quæ hanc donationem fieri rogavit. Ego Samuel ſcripſi. 12. Sept.

DCCCCXXXIX.
Donatio Bernherii in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die I nonas Martii anno XIIII regni domini Karoli regis, nos Bernherius & mater mea Waltrud donamus pro anima noſtra ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Flanheim* marca & in *Brunheim* marca manſus jj cum caſa, campis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus dono, trado atque transfundo in jus ſancti Nazarii, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lau-reſham* 7. Mart.

reſham ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Bernheri & Waltrudæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Signum Hunoldi. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCXL.

Donatio Radulfi in eadem villa.

29. Oct. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Novemb. anno XIII domini noſtri Pippini regis, ego Radulfus dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Gormatienſi*, in *Flannenheim* marca baſilicam j, & quidquid ad ipſam baſilicam attinet, & manſum j cum omnibus adjacentiis, & mancipium j nomine Drutmund, a die præſente perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* tempore quo ſupra. Signum Radulfi, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCXLI.

Donatio Dructoldi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Dructol dono ad ſanctum Nazarium martyrem, &c. rem meam in pago Worm. in *Flanheim* marca x jurnal. a die præſente perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* anno XVI Karoli regis. Signum Dructoldi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Ludowini, Leiradi, Bougolfi. Sigericus ſcripſit.

DCCCCXLII.

Donatio Baugulfi in eadem villa.

15. Dec. In Chriſti nomine ſub die XVIII kalendas Januarii anno VI regni domini Karoli regis, ego Baugulfo & Gunza donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm.

Digitized by Google

Worm. in *Flanheim* marca, illam medietatem de omni re proprietatis noſtræ, cum caſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, & illam medietatem in jam prædicta villa de dote parentum meorum, ſeu de quolibet attractu ad me noſcitur legibus perveniſſe, donamus ab hac die perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Baugulfi & Gunzæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt, ſignum Helmgozi, Folmerti. Samuel ſcripſit.

DCCCCXLIII.

Donatio Bilirammi in Flanheim.

In Chriſti nomine ſub die pridie idus Junii, anno XXIII regni Karoli regis, ego Biliram dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Flanheim* marca ſeu in *Brunheim*, & in *Hemradesheim*, quidquid in prædictis marcis viſus ſum tenere vel poſſidere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, peculibus utriusque ſexus, majore vel minore, mobilibus & inmobilibus, omnia & ex omnibus, excepto j manſo & xjj jurnal. & j prato, & una vinea, ea tamen ratione, ut in præcariam diebus vitæ meæ habeam, poſt obitum vero meum in jus ſancti Nazarii revertatur perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Reginhardi, Heriwini, Amilheri. Radulfus ſcripſit. 12. Jun.

DCCCCXLIV.

Donatio Ainingo in Eſcilebrunin.

Ego in Dei nomine Ainingo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Worm.* in *Eſcilebrunir*

marca porcionem meam, & porcionem germani mei Elimanni, quantumcunque in ipſa marca viſi fuimus habere, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum
1. Maj. in *Lauriſſa* ſub die kalendas Maji, anno II regni Karoli regis. Signum Aningonis, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Merolfi, filii ſui, Rotwini, Ratberti. Samuel ſcripſit.

DCCCCXLV.

Donatio Adalgiſi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Adalgiſus dono ad ſanctum Nazarium martyrem qui requieſcit in corpore in pago Rinenſe, in monaſterio Laureſſam, ubi vir venerabilis Babo abba præeſſe videtur, hoc eſt, rem meam in pago Worm. in *Eſcilebrunno* marca, curtim j cum ædificio ſuperpoſito, ex una parte jacet res ſancti Nazarii, ex altera res ſancti Ciriaci, & jurnal. vjjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum publice coram teſtibus, anno incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII, Ludowici regis I. Signum Adalgiſi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Ercanoldi. Nohbertus ſcripſi.

DCCCCXLVI.

Donatio Morichonis.

18. Aug. In Chriſti nomine ſub die XV kalendas Sept. anno XXI regni domini noſtri Karoli regis, ego Moricho & conjux mea Folcſuint dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago in *Aſchibruner* marca, & in *Fulbacchure* marca jj manſos, & xx jurnal. de terra & prato, ad j carradam, & illam marcam de ſilva ad illos manſos pertinentem, & utenſilia & omnia ædificia perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tem-

tempore, quo ſupra. Signum Moricho, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Rudolfus ſcripſi.

DCCCCXLVII.

Donatio Crothberti in Haſchinbrunne.

In Chriſti nomine ſub die XV Junii, anno XIIII regni Pippini regis, ego Crothbertus & conjux mea Teutruda donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Worm. in loco *Haſchinbrunne* illa tertia parte de illa curticella, quicquid noſtra portio ibidem habere videamur. Similiter donamus in alio loco, in *pago Lubidunenſe*, in *Dotrisheim* ſervo uno „ nomine Vulfino, cum ſuo manſo & ſua forte, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Rutberti & Treudrudæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Witherus ſcripſi.

DCCCCXLVIII.

Donatio Ruberti.

In Chriſti nomine ego Rupertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Eſcilebrunnir marca* de omni re proprietatis meæ terciam partem, quod de genitore meo Rahaleibo legibus obvenit, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* VI nonas Julii, anno XII Pippini regis. Signum Roberti, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Wacchonis. Samuel ſcripſit. 2. Jul.

Digitized by Google

DCCCCXLIX.

Donatio Meginheri.

Ego in Dei nomine Meginher & Reginher donamus ad ſanctum Nazarium martyrem jurnal. j in *Arahesheim* marca, & in *Ebirisheim* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauriſſa* anno XII Karoli regis. Signum Meginheri. Samuel ſcripſit.

DCCCCL.

Donatio Davidis & Gundradis.

Nos in Dei nomine David & Gundrat donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram, j vineam & jurnales vj, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Ac-
15. Oct. tum in *Lauriſſam* ſub die idus Octobr. Signum David & Gundrat.

DCCCCLI.

Donatio Willeſuindis.

Ego in Dei nomine Williſuint & ſoror mea Mathſuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *Otresheim* jj jurnal. de terra, & j petiolam de vinea, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transſundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in *Lauriſſa* Karolo rege regnante. Signum Williſuindæ & Mathſuindæ, quæ hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Donadeus ſcripſi.

DCCCCLII.

Donatio Heregiſi.

8. Jun. In Chriſti nomine ſub die VI idus Junii, anno XXXI regni Karoli regis, ego Herigis dono ad ſanctum Dei Nazarium mar-

martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Azulenheim* marca unum manſum cum curia & ædificio, & hubam unam & vineas, & prata, & quidquid Heriolſus & Rutbertus frater ejus in ipſa marca habere videntur, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Herigiſi, qui hanc donationem fieri fecit. Ego Reginbertus diaconus & monachus ſcripſi.

DCCCCLIII.
Donatio Berwin.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Julii, anno quinto regni Karoli regis, ego Berewin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Azalunheim* marca vineam unam perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Berewini, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Samuel ſcripſi. 26. Jun.

DCCCCLIV.
Donatio Berwardi.

In Chriſti nomine ſub die XIII kalendas Julii, anno quarto regni Karoli regis, ego Berwart dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Azzulunheim* marca j vineam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Berenwardi, qui hanc donationem fieri rogavit. 19. Jun.

DCCCCLV.
Donatio Hilwini & Reginfridi.

In Chriſti nomine ſub die nonas Maji, anno V regni Pippini regis, ego Hilwin & Reginfrit donamus ad ſanctum Dei 7. Maj.

Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Azzulunheim* marca peciolam j de vinea perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hiltwini & Reginfridi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Samuel ſcripſi.

DCCCCLVI.

Donatio Ruberti in Hemmingesheim.

Venerabili in Chriſto patri Gundelando abbati de monaſterio Laureſſam atque emptori Rubertus venditor conſtat me tibi vendidiſſe in *Hemmingesheim* marca in *pago Wormatienſi* pratum unum tenentem in longo perticas xxx & lato perticas xx, & in *Fridolfisheim* marca jurnal v, ſimiliter & in *Wizenheim* j vineam tenentem jurnal. j, & accepi a vobis in precium v uncias argenti, & ipſam rem denominatam vobis tradidi poſſidendam, jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde elegeritis facere, liberam habeatis poteſtatem, & præſens venditio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lau-*
4. Maj. *reſſam* ſub die IIII nonas Maji, anno VII regni Karoli regis. Signum Ruberti, qui hanc vendicionem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCLVII.

Donatio Wolfgeri in Winterheim.

13. Maj. In Chriſti nomine ſub die III idus Maji anno XIIII Karoli regis, ego Wolfger dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormatienſi*, in *Winteresheim* marca, vineam j perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauriſſae* publice. Signum Wolfgeri, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCLVIII.

DCCCCLVIII.
Donatio Willifridi.

Ego in Dei nomine Willifrid pro anima Engilheri dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormatienſi*, in *Winthresheim* marca j manſum & j vineam, & in *Heminisheim* manſum j, & in *Deonenheim* j vineam a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die XII kalendas Martii, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Engilheri, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit. 18. Febr.

DCCCCLIX.
Donatio Adelgeri.

In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Julii, anno X regni Karoli regis, ego Adalger dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Wintresheim* marca meam portionem de manſo, illi manſo ſancti Nazarii confinis, ad integrum, ſicut exinde mea videtur poſſeſſio, ſic trado atque transfundo, ita ut ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Adelheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Odilheri teſtis. Samuel ſcripſit. 21. Jun.

DCCCCLX.
Donatio Theudonis in Wintherisheim.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Octobr. anno XVI regni Pippini regis, ego Theudo dono, trado atque transfundo ad ſanctum Dei Nazarium, qui requieſcit in corpore in 24. Sept.

mona-

monaſterio Laureſſam, ubi Gundelandus abba præeſſe videtur, ad ipſum corpus dono viniolam unam in pago Worm. in *Wintrisheim* marca, tenentem duos ſcamellos, ad integrum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Theudonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Walmundi teſtis. Samuel rogatus ſcripſit.

DCCCCLXI.

Donatio Berthradis in eodem vico.

25. Jan. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Februarii, anno XV Karoli regis, ego in Dei nomine Berthrad dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. res, quas tradidit Berthrad pro remedio animæ Botmunde, in pago Worm. in *Wintresheim* marca jj jurnal. de terra perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Lauriſſa* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Berthradi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Gerwardus ſcripſi.

DCCCCLXII.

Donatio Criecholfi & Rotburgis.

13. Apr. In Chriſti nomine ſub die idus Aprilis, anno III regni Ludowici imperatoris, nos Criecholf & conjux mea Rotburg donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Wintresheim* marca vjj jurnal. ad arandum ad integrum, a die præſente de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii donamus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Criecholfi & conjugis ejus Rotburgæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt, ſignum Nanteri, Willinandi. Ego Aluinus ſcripſi.

DCCCCLXIII.

Digitized by Google

DCCCCLXIII.

Donatio Lungwidi in Gemineſheim.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Aprilis, anno IIII regni Karoli regis, ego Lungwint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Worm.* in *Geminiſheim* marca, & in *Wintresheim* marca, & in *Turingonheim* marca, quantum in ipſis marcis dinominatis viſus ſum habere, totum & ad integrum a die præſente dono de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Lungwindæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit. 27. Mart.

DCCCCLXIV.

Donatio Manolfi in Wintheriſheim.

In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Junii, anno XX regni Karoli regis, ego Manolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Wintresheim* marca, de terra arabili jurnales vjjjj, & unam peciolam de manſo, & vineam unam ad integrum a die præſente dono &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Manolt, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Rodolfus rogatus ſcripſi. 26. Maj.

DCCCCLXV.

Donatio Brunichonis.

In Chriſti nomine ſub die XVIIII (a) kalendas Auguſti, anno XX regni domini noſtri Karoli regis glorioſi, ego Brunicho

(a) Craſſus error in numero dierum ante kalendas menſis Auguſti, quorum plures nunquam fuerunt quam ſeptendecim, ſed alibi jam obſervavimus hujus generis nævos, quibus adde n. DCCCCLXXI & LXXIV.

Digitized by Google

dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Wintheresheim* quicquid ibidem viſus habere fuit, a manſis, campis, perviis, hoc eſt, xxx jurnal. inter totum a die præſente dono &c. Signum Brunicho, qui hanc donationem fieri & firmare rogavit. Signum Baugolf, ſignum Betto, ſignum Heribret, ſignum Benedict, ſignum Giſilberti, ſignum Erlicho, ſignum Hadeburi, ſignum Frideburc, ſignum Gericho, ſignum Radolf, ſignum Nortbert. Ego Radulfus recognovi.

DCCCCLXVI.

Donatio Trutgardis in eadem villa.

29. Jun. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Julias, anno VI regni domini noſtri Karoli regis, ego itaque Thutgart pro remedio animæ genitricis meæ nomine Angylgatd dono ſancto Nazario martyri in *Wintrisheim* marcam unam, vineam unam in Dei nomine perpetualiter poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore quo ſupra. Ego Theugart, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel ſcripſi.

DCCCCLXVII.

Donatio Lempfridi in eodem vico.

7. Jul. In Chriſti nomine ſub die I nonas Julias, anno quinto regni domini noſtri Karoli regis, ego itaque Lempfrit dono ſancto Nazario, qui requieſcit in *Laureſſam*, in *Wintrisheim* marca jurnal. j de terra araturia, quod ſubjungit de una parte ſancti Nazarii, a die præſente dono atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Lempfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego itaque Samuel rogatus ſcripſi.

DCCCCLXVIII.

Digitized by Google

DCCCCLXVIII.

Donatio Brigedae in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die XIII kalendas Februarii, anno XII regnante domino noſtro Pippino rege, ego itaque Brigida vidua, pro Dei intuitu, & pro remedio animæ meæ, & pro æterna retributione, ut veniam de peccatis meis adipiſci merear, per hanc cartulam donationis ſive teſtamentum dono a die præſente ad ſacratiſſimum N. martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Wintresheim* marca plus minus de duobus manſis, de utroque terciam partem, & de terra araturia jurnal. vjj ad integrum perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Burgfridæ viduæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Wintherus ſcripſit. 20. Jan.

DCCCCLXIX.

Donatio Herminulfi & Sirichonis in Winterisheim.

Anno XV regni domini Pippini regis, nos in Dei nomine Herminulfus & Sirigo donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormat. in *Wintresheim* marca de terra aratoria jurnal. jjjj ad integrum donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die VII kalendas Martii, tempore quo ſupra. Signum Herminulfi & Sirigo, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Wigherus ſcripſit. 23. Febr.

DCCCCLXX.

Donatio Rangwichi in Dulgahesheim & Wintresheim.

Ego in Dei nomine Rahgwic pro Dei intuitu & pro anima matris meæ Adalwart, per hanc cartulam donationis

dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormacienſi*, in *Dulgahesheim* marca, & in *Wintresheim* marca, ſeu & *Ulfridesheim* marca, quicquid in jam prædictis locis habere viſa eſt, tam terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, manſis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſte-
29. Sept. rio *Laureſſam*, perſcriptaque eſt III kalendas Octobris, anno XX regni domini noſtri Karoli regis. Signum Rantwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Rudolfus ſcripſit.

DCCCCLXXI.

Donatio Ercanberti & Godae in Wintresheim.

Nos in Dei nomine Ercanbertus & conjux mea Goda donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Wintiresheim* marca a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus in dominium ſancti Nazarii, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſam* ſub die XVIII kalendas Aprilis, anno XX Karoli regis. Signum Ercanberti & Godæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Reginbertus ſcripſit.

DCCCCLXXII.

Donatio Hartgeri in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hartger pro anima Mahtſuindæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Renenſi, in fine *Bierſtat*, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Helmerico abbate deſervire videtur, donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, id eſt, rem meam

meam in pago Wormatienſi in *Winthereshrim* marca unum jurnalem de terra a die præſenti perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico regnante Karolo rege. Signum Hartgeri, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Donadeus ſcripſi.

DCCCCLXXIII.

Donatio Libilae in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die quod fecit menſis Junii, dies XVII, anno XV regni Pippini regis, ego Libila peccatrix dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Winteresheim* marca de vinea una plus minus peciolas jj perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſam* publice ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Libilæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCLXXIV.

Donatio Folchindi in Wintrehsheim.

In Chriſti nomine ſub die XVII kalendas Marcii, regnante Pippino rege, ego Folchin pro Dei intuitu dono a die præſente ad ſacratiſſimum ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Wintresheim* marca de terra aratoria jurnal. jj ad integrum dono, trado atque transfundo, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Folchindi, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Herminulfi. Wigherus ſcripſit.

DCCCCLXXV.

Donatio Hairdini in eodem vico.

17. Jun. In Chriſti nomine ſub die XV kalendas Julii, anno XIIII regni Pippini regis, ego Hairdinus dono a die præſente ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. vineam meam in pago Wormatienſe, in *VVintresheim* marca tenentem ipſam vineam ſcamellos jjjj, ad integrum dono, trado atque transfundo &c. Actum *Laureſſam* tempore ſupradicto. Signum Hairdini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Wigherus ſcripſit.

DCCCCLXXVI.

Donatio Hucberti & Willerat.

24. Sept. In Chriſti nomine ſub die octava kalendas Octobris, anno ſecundo regni Karoli regis, ego Hucbertus & conjux mea Willerat pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *VVintresheim* marca, id eſt, de terra aratoria quicquid genitor meus Trochtulfus, & in *Turinchem* de terra aratoria, quicquid idem genitor meus mihi hereditavit, in illis nominatis marcis ad integrum a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hucberti & Willeradæ conjugis ejus, qui hoc fieri rogaverunt. Haricadus ſcripſit.

DCCCCLXXVII.

Donatio Teutgardi in Winthresheim.

27. Maj. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Junii, anno VI regni Karoli regis, ego Teutgar per manus poteſtativas dono pro anima Willirich ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in *VVintrisheim* marca, hoc eſt dimidium jurnalem a die præſente

dono

dono &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Teutgardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCLXXVIII.

Donatio Hairvindi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Junii, anno XV regni Pippini regis, ego Hairuin pro Dei intuitu & pro animæ meæ remedio per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam meam in pago Wormatienſi in *VVintrisheim* marca, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hairvini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit. 3. Jun.

DCCCCLXXIX.

Donatio Folcrichi in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Junii, anno V Karoli regis, ego Folcrich dono ad ſanctum Nazarium martyrem, &c. rem meam in pago Worm. in *VVintrisheim* marca vineam unam perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio. 30. Maj.

DCCCCLXXX.

Donatio Beltrichi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Beltrich, quod mihi tradidit Tancrat, dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *VVintrisheim* marca unum jurnalem de terra arabili a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio *Lau-*

reſſam

Digitized by Google

4. Maj. *reſſam* ſub die IIII nonas Maji, anno quarto decimo Karoli glorioſi regis. Signum Beldrici, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Gerwardus ſcripſi.

DCCCCLXXXI.

Donatio Hamundi in eadem villa.

1. Jun. In Chriſti nomine ſub die kalendas Junias, anno VII regni domini noſtri Karoli regis, ego Hahmundus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, &c. rem meam in pago Worm. in *VVintrisheim* marca, unam vineam perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hahmundi, qui hanc donationem fieri rogavit. Heilradus ſcripſit.

DCCCCLXXXII.

Donatio Willerii in eadem villa.

31. Aug. In Chriſti nomine ſub die pridie kal. Septembris, anno quinto decimo regni Pippini regis, ego Willerius dono per hanc cartulam donationis ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Wintrisheim* marca vineam unam, de terra araturia jurnales duos, dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in loco publico, qui vocatur *Laureſſam*, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Willerii, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Railandus ſcripſi.

DCCCCLXXXIII.

Donatio Fricconis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Fricco dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *VVintris-*

heim

Digitized by Google

heim marca unum manſum cum omni ædificio, & unam vineam, quæ jacet juxta manſum, & unum ſervum, nomine Ratleich, qui in ipſo manſo conmanet, una cum pecculiari ſuo, totumque ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſam* ſub die VIII idus Februarii, anno XXXIIII Karoli imperatoris. Signum Fricconis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Reginbertus ſcripſit. 6. Febr.

DCCCCLXXXIV.

Donatio Sigiramni.

In Chriſti nomine notum ſit omnibus, qualiter propter bonæ pacis ſtudium complacuit atque convenit inter venerabilem virum Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & aliquem virum ingenuum nomine Sigiram, ut aliquas res inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abbas jam dicto Sigiramno in pago Wormatienſi, in villa *VVintrisheim* de partibus ſancti Nazarii aream unam, e contra dedit Sigiram abbati & partibus ſancti Nazarii in eodem pago, & in eadem marca de terra arabili jurnal. jj & dimidium, ita ut nequaquam hæc commutatio in futurum violetur, ſed omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die kalendas Auguſti, anno XI Ludowici regis junioris. Signum Samuelis abbatis & Sigirami, qui hanc commutationem inter ſe fieri & firmari voluerunt. Theotroch ſcripſit. 1. Aug.

DCCCCLXXXV.
Donatio Hachiradi & Stangulſi.

5. Mart. In Chriſti nomine ſub die III nonas Martii, anno ſeptimo regni Karoli regis, ego Hachirat & Stangulfus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago VVormatienſi*, in *Offenheim* marca jurnales jjjj, & Strangulfus j jurnalem de vinea, a die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti Nazarii perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſnbnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſam*, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hachirat & Strangulfi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Waltelmus ſcripſit.

DCCCCLXXXVI.
Donatio Gummundi.

26. Mart. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Aprilis, anno III regni domini noſtri Karoli regis, ego Gimmundus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Offenheim* marca, in monte, qui dicitur *Maronoberge*, vineam unam, a die præſente dono, trado &c. Actum in monaſterio *Lauriſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Gimmundi, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCLXXXVII.
Donatio Munihildis viduae.

18. Jun. In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Julii, anno quinto regni karoli regis, ego Munihilt vidua pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſe in *Offenſtein* marca manſo uno & terra araturia, campis, paſcuis, perviis, aquis, aquarumve decurſibus, & quicquid in ipſa marca habere videor, & ſervum j nomine Giſonem,

nem, & feminam j nomine Alichilde, ſimiliter & in *Bucchenheim* marca vineam unam ad integrum a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Munihildæ, quæ hanc donationem fieri rogavit, ſignum Hartberti filii ejus. Ego Samuel ſcripſi.

DCCCCLXXXVIII.

Donatio Hodolfridi.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Aprilis, anno III domini noſtri Karoli regis, ego Hodolfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Offenſtein* marca jurnal. jjjj de terra araturia perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauriſſa* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hodolfridi, Benedicti filii ejus. Samuel ſcripſit. 3. Apr.

DCCCCLXXXIX.

Donatio Angilolfi & Raagart.

Nos in Dei nomine Angilolf & conjux mea Raagart donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Offenſtein* marca j jurnalem de terra araturia a die præſente dono, trado &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die idus Maji, anno XX regni Karoli regis. Signum 15. Maj. Angilolfi & Ragartæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt.

DCCCCXC.

Donatio Ellonis.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Febr. anno VIII regnante domino noſtro Karolo rege, ego Ello dono ad ſanc-

tum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Offenſtein* marca jj jurnales a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Ellonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Grimherius ſcripſit.

DCCCCXCI.

Donatio Rothildis.

1. Sept. In Chriſti nomine ſub die kalendas Septemb. anno VIII regni domini noſtri Karoli regis, ego Rothilt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca, quicquid ibidem habere viſa ſum, dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Rothildæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

DCCCCXCII.

Donatio Liutrammi in Offenheim.

Ego in Dei nomine Liutram presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Offenheim* marca xx jurnal. de terra araturia & de pratis ad jjj carradas, & mancipia, quorum hæc ſunt nomina: Hartwin, & conjux ejus Adalove, Otwin, Ticwin, Ronic, & filii illorum Meginlac, Buozrat, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſente & deinceps dono, trado &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* VIII ka-
25. Jan. lendas Februarii, anno XXXVI regni Karoli imperatoris. Signum Liutrammi presbiteri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Irinchi, Ecgihardi, Altradi. Reginbertus ſcripſit.

DCCCCXCIII.

Digitized by Google

DCCCCXCIII.

Donatio Teitfridi in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Sept. anno quinto regni domini noſtri Karoli regis, ego Teutfrid per manus poteſtativas dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca jurnal. jjj de terra aratoria a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum *Lauriſſae* die & tempore, quo ſupra. Signum Teutfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit. 1. Sept.

DCCCCXCIV.

Donatio Hachiraddi in eadem villa.

In Chriſti nomine III nonas Martii, anno VII regni Karoli regis, ego Hachirat dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Offenſtein* marca jurnal. vjjj a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hachirat, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Waltelmus ſcripſit. 5. Mart.

DCCCCXCV.

Donatio Fricconis & Richdrudis in eodem vico.

Nos in Dei nomine Fricco & conjux mea Richtrut pro remedio animæ noſtræ ſeu pro æterna retributione donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca j jurnalem de terra aratoria a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* III idus Junii, anno XXIII regni domini 11. Jun.

Digitized by Google

Karoli regis. Sig. Fricconis & Richtrudæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt.

DCCCCXCVI.

Donatio Hadalbaldi in eadem villa.

16. Maj. In Chriſti nomine ſub die XVII kalendas Junii, anno X regni domini noſtri Karoli regis, ego Hadalbaldus dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca vj jurnal. de terra, & de prato ad tres carradas, & quicquid in ipſa marca laboratum habeo, & in antea laborare ſeu lucrare potuero, a die præſenti dono, trado &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hadalbaldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

DCCCCXCVII.

Donatio Rutſwindis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Rutſuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca j jurnal. de terra a die præſenti dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
28. Jul. monaſterio *Laureſſam* ſub die V kalendas Auguſti, anno XII regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Rotſuindis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

DCCCCXCVIII.

Donatio Reginheri in eadem villa.

24. Jun. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno XXV regni domini noſtri Karoli regis, ego Reginherus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Offenheimer marca* vineam unam ſtipula-

pulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Reginheri, qui hanc donationem fecit. Ego Sigimund ſcripſi.

DCCCCXCIX.
Donatio Accaradi & Vulfulae.

In Chriſti nomine ego Accaratus & conjux mea Uulfula dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormacienſe in *Offenheim* marcha, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, curtis, ortis, totum & ad integrum a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Aactum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore menſe Octobri, anno primo regni Karoli regis. Signum Accaradi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel rogatus hoc teſtamentum ſcripſi.

M.
Item in eadem villa.

In Chriſti nomine bonæ pacis ſtudio placuit venerabili viro Angilramno Metenſi epiſcopo, & Gundelando abbati de monaſterio ſancti Nazarii, quod vocatur Laureſſam, commutationem fieri inter eos, dedit igitur apoſtolicus vir Angilramnus pontifex memorato Gundelando abbati de ratione eccleſiæ ſancti Martini, de monaſterio *Buxbrunno*, in pago Wormatienſi in *Offenſtein* marca de terra aratoria dupplum, ſimiliter e contra dedit prædictus Gundelandus abba de ratione ſancti Nazarii in pago Wormatienſi in eodem loco jam fato pontifici vineale unum, & in ipſo vineali vineam factam, ita tamen, ut unaquæque pars, quod accepit, teneat atque poſſideat, & ſuis poſteris ad poſſidendum relinquat. Actum ſub die VIII X kalendas Octobris, anno VIIII & quarto regni domini noſtri Karoli regis. Wintherus ſcripſit. MXI. 14. Sept.

MI.

Donatio Herwini in Durincheim.

Ego in Dei nomine Heriwin dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormatienſi*, in *Durincheim* marca vineam unam tenentem ſcamellos duos, a die præſente de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die IIII idus, anno ſecundo regni domini noſtri Karoli regis. Samuel ſcripſit.

MII.

Donatio Nantheri & Nithardi in eadem villa.

10. Jul. In Chriſti nomine ſub die VI idus Julii, anno XX primo regni domini noſtri Karoli regis, ego Nantherus & Nitart donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Durincheim* marca jj peciolas de vinea, & in *Wintrisheim* marca j peciolam de vinea a die præſente donamus, tradimus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Nitardi & Nantheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Iſimbertus ſcripſi.

MIII.

Donatio Werinheri in eadem villa.

Ego in Dei nomine Werinherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *Durincheim*, *ſuper fluvio Reni*, hoc eſt man um j & caſam & jj jurnal. de terra aratoria, & quicquid ad ipſum manſum pertinet, totum & ad integrum, a die præſenti dono, trado &c. Actum in monaſterio *Laureſſa*
21. Oct. ſub die XII kalendas Novembris, anno XLV regnante domino noſtro Karolo imperatore. Signum Gwernheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Altwinus ſcripſit.

MIV.

Donatio Heroldi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Heroldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro anima Teudrudanæ ſororis meæ, quod mihi ipſa tradidit per manus poteſtativas in pago Wormatienſi, in *Durincheim* marca campum unum de terra arabili a die præſente dono &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub tempore, anno ſecundo regni domini noſtri Karoli regis. Signum Heroldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

MV.

Donatio Autbodi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Autbodus dono ad ſanctum Nazarium martyrem Dei &c. in pago Wormatienſi, in *Durincheim* marca viniolam unam tenentem ſcamellum unum, a die præſente dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* anno XII regni domini noſtri Pippini regis. Signum Autbodonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

MVI.

Donatio Hucberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Auguſtas, anno XXIII 25. Jul.
regni domini noſtri Karoli regis, ego Hucbertus pro remedio animæ meæ, & pro anima Williratæ conjugis meæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Durincheim* marca xjj jurnal. de terra aratoria, a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hucberti, qui

hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego itaque Reginbertus rogatus hanc donationem ſcripſi.

MVII.

Donatio Gunderadis & Herphonis in eodem vico.

27. Jun. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Julias, anno quinto regni domini noſtri Karoli regis, nos itaque Gunderaht & Herpho per manus poteſtativas donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Duringheimer* marca vineam j & jurnales jj de terra aratoria, a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam*. Signum Gunderadæ & Herphonis, qui hanc donationem fieri rogaverunt.

MVIII.

Donatio Blütradis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Blütrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi, in *Durincheim* marca manſum unum & terram ad ipſum manſum aſpicientem, & quicquid in ipſa marca habere viſa ſum, & in *Wintresheim* in tribus locis vineale dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*
5. Jun. ſub die nonas Junii, anno XXIIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Blütradæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. Reginbertus ſcripſit.

MIX.

MIX.

Donatio Malboldi in eodem vico.

Nos in Dei nomine Malbold & uxor mea Berchſwint donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormatienſi inter *Durincheim* & *Alasheim*, jjj jurnales de terra aratoria a die præſente donamus, tradimus, atque transfundimus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* anno quarto decimo regni domini noſtri Karoli glorioſi regis. Signum Malbold, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Donadeus ſcripſi.

MX.

Donatio Geilradae in eadem villa.

Ego in Dei nomine Geilrad dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Durincheim* marcha de manſo & vinea xjj jurnales, & duas peciolas de prato a die præſente dono, trado &c. Actum in monaſterio Laureſſam, perſcriptaque eſt ſub die III kalendas Octobr. anno XXII regni 29. Sept.
domini noſtri Karoli regis. Signum Geilradæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Ego Rudolfus ſcripſi.

MXI.

Donatio Hachmundi in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die VI idus Junii, anno VII regni Ka- 8. Jun.
roli regis, nos Hachmunt & conjux mea Irminhilt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *pago Wormatienſi*, in *Durincheim* marcha, & in *Fritenheim* & in *Wintrisheim* marcis, quicquid in his tribus marchis viſi fuimus habere, donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum *Laureſſam*

reſſam ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hachmunti & conjugis ejus Irminhiltæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Richbodo ſcripſit.

MXII.

Donatio Nortberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Nortbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Durincheim* marca unam petiolam de vinea dono atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die, anno quarto decimo regni domini noſtri Karoli regis. Signum Nortberti, qui hanc donationem fieri rogavit. Donadeus ſcripſit.

MXIII.

Donatio Betdonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Betdo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Durincheim* marca, unam vineam a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die, anno II domini noſtri Karoli regis. Signum Bettonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MXIV.

Donatio Anghilulfi in eadem villa.

Ego Anghilulfus dono pro animæ meæ remedio ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Durincheim* marcha dimidium manſum a die præſente dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, anno XII regni domini noſtri Pippini regis.

Signum

Digitized by Google

Signum Angilulfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Ego Samuel rogatus ſcripſi.

MXV.

Donatio Radolfi in eadem villa.

In Chriſti nomine ego Radoldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Durincheim* marcha de terra aratoria jurnalem unum a die præſente dono, trado atque transfundo &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, anno II regni domini noſtri Karoli regis. Signum Radolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

MXVI.

Donatio Madalberti & Folcwini.

Nos in Dei nomine Madalbret & Folcwint pro remedio animæ Goozlindæ, genitricis noſtræ, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam, quam ipſa nobis tradidit, manibus poteſtativis, quicquid ei in dotis titulum datum fuerat, in pago Wormatienſi, in *Durincheim* marcha, curtim unam, & de terra aratoria jurnales v, & vineas duas in ipſa marcha, & terciam vineam ad *Wintrisheim*, ad illas vineas Baugulfus & ſuus frater Jericho caſam donat ad *Durincheim*, quam ibi præviderunt, & in ipſa marcha jurnales x, & pratum ad carradam feni, & donat mancipia jjj, Mehtildam & filios ejus duos, omnia & ex omnibus, a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die XVI kalendas Marcii, anno XXXI regni domini noſtri Karoli regis. Signum Madalberti & Folcwini, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Reginbertus ſcripſit. 14. Febr.

MXVII.

Donatio Herphwin in eadem villa.

1. Jun. In Chriſti nomine ſub die kalendas Junias, anno VII regni domini noſtri Karoli regis, ego Herphwin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Thuringeimer* marca duos jurnales, & tercium dimidium de terra.. ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresham* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Herphwin, qui hanc donationem fieri rogavit.

MXVIII.

Donatio Odolheri in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Martii, anno XXV regni domini noſtri Karoli regis, ego Odolherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Durincheim* marca vineolam unam, & unum jurnalem de terra ad integrum &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Odolheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

MXIX.

Donatio Volcperti & Bethonis in eadem villa.

Nos in Dei nomine Volcpertus & Betho donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. hoc eſt uterque noſtram vineam unam in pago Wormatienſi in *Durincheim* de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in loco publico, qui appellatur *Laureſſam* ſub die, quo fecit menſis Septembris dies V, anno XV regni domini noſtri Pippini regis. Signum Volcberti & Bettonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Wintherus ſcripſit.

MXX.

MXX.

Donatio Salchonis & Anillae in eadem villa.

Nos in Dei nomine Salcho & conjux mea Anila donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormacienſi, in *Durincheim* & in *Wintrisheim* marcha, quicquid in jam dictis locis viſus ſum de parta conjugis meæ habere, totum & ad integrum &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die XII kalendas 18. Febr.
Marcii, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis ſignum Salchonis, & conjugis ejus Anilæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Grimherus ſcripſit.

MXXI.

Donatio Guntberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Septemb. anno XV 26. Aug.
regni domini noſtri Pippini regis, ego Guntbertus ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rhenenſi, in monaſterio Laureſſam, dono, trado atque transfundo, hoc eſt dimidiam vineam in pago Wormatienſe in *Durincheim* marcha perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Guntberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit.

MXXII.

Donatio Guntberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die nonas Junii, anno XV regni domini 13. Jun.
noſtri Pippini regis, ego Guntbertus per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum martyrem &c. de terra aratoria plus minus jurnalem unum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſa* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Guntberti, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MXXIII.

Digitized by Google

MXXIII.

Ego in Dei nomine Bertheith dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormatienſi* in *Bermerſeimer* marca, unam vineam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die quinta kalendas Au-
28. Jul. guſti, anno X regnante Karolo rege. Signum Bertheit, quæ hanc donationem fieri rogavit. Grimherus ſcripſit.

MXXIV.

25. Febr. In Chriſti nomine ſub die quinta kalendas Martii, anno X regni Karoli regis, ego Bernher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *Bermersheimer marca* j jurnalem de terra ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernheri, qui hanc donationem fieri rogavit. Ruodolfus ſcripſit.

MXXV.

Donatio Wicberti.

Ego in Dei nomine Wicbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Bermersheimer marca* unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die XIIII kalendas Februarii, anno
19. Jan. XIIII regni domini Karoli regis. Signum Wicberti, qui hanc donationem fieri rogavit, ſignum Ludowici, ſignum Wintheri, ſignum Gerhardi, ſignum Baldewini, ſignum Balthardi, ſignum Erinbaldi.

MXXVI.

Digitized by Google

MXXVI.

Donatio Berinheri.

In Chriſti nomine ſub die idus Madias, anno XX regni domini noſtri Karoli glorioſi regis, ego Berinherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheim* marcha j jurnal. dimidium a die præſente dono, trado, atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Rudolfus ſcripſit. 15. Maj.

MXXVII.

Ego in Dei nomine Gozbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormatienſi, in *Bermerſeimer marca*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die VI kalendas Julii, anno XXVIIII domini noſtri Karoli regis. Signum Gozberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Reginbertus ſcripſit. 26. Jun.

MXXVIII.

Donatio Warinberti & Gundratis in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Auguſtas, anno V regni domini noſtri Karoli regis, ego Warimbertus & conjux mea Gundrat donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheim* marca, quicquid ibidem ad præſens tempus viſi ſumus habere, hoc eſt, tam in manſis, campis, pratis, cum adjunctis adjacentiis, mobilibus & inmobilibus &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Warinberti & conjugis 30. Jul.

 ejus

ejus Guntradæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Samuhel rogatus ſcripſi.

MXXIX.

Donatio Wicberti in eadem villa.

25. Jun. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Julii, anno VII regnante domino noſtro Karolo rege, ego itaque in Dei nomine Wicbert pro anima patris mei Wittram, quod mihi ipſe tradidit in manus poteſtativas, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem ſuam in pago Wormatienſi in *Bermerheim* marca j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Wicbret, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Bertolf. Ego itaque Grimherus ſcripſi.

MXXX.

Donatio Winberti.

29. Jul. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Auguſti, anno quinto domini noſtri Karoli regis, ego itaque Winbret & conjux mea Andrat donamus pariter ad ſanctum Nazarium martyrem &c. omnem rem proprietatis meæ in *Bermerheim* marca in pago Wormatienſi, quantumcunque ibidem habere viſi ſumus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum &c. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Winberti, & conjugis ejus Andratæ, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Samuel ſcripſi.

MXXXI.

Donatio Wolfradis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Folcrat dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheim* marca, ter-

Digitized by Google

tertiam partem de uno manſo & unam vineam, & inter *Bermotesheim* & *Gunteim* jurnales x dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die XV kalendas Julii anno XII regni Ludowici imperatoris. Signum Folcradæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Sigefridi, Reinoldi, Nantgeri, Altwinus ſcripſit. 17. Jun.

MXXXII.

Donatio Erlichonis in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die idus Julii, anno XXVI regni domini noſtri Karoli regis, egó Erlicho clericus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheim* marca, unum manſum & quicquid ad ipſum manſum aſpicit, & quicquid in ipſa marca viſus ſum habere, totum & ad integrum &c. Actum in villa *Guntheim* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Erlichonis clerici, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit. 15. Jul.

MXXXIII.

Donatio Sigefridi in eodem vico.

Nos in Dei nomine Sigifridus & conpar mea Giſaldrud donamus pariter ad ſanctum martyrem Nazarium, qui requieſcit in corpore in pago Rhenenſi, in monaſterio Laureſſam ſuper fluvium Wiſſcoz, vel ad illam ſanctam congregationem monachorum, quæ ibidem Domino Deo deſervire videtur, & Egilbertus abbas præeſſe dinoſcitur, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, rem proprietatis noſtræ in pago Wormatienſe, in *Bermerſeimer marca* manſum unum, cum huba, cum ædificio atque caſticio, & ad ipſam hubam pertinentes jurnales xxjx, & vineas jurnales jj in tribus locis jacentes, & pratas ad duas carradas feni, & quicquid ad eas-

 dem

dem res legitime aſpicere videtur, & mancipia vjj, hæc omnia donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die VII kalendas Auguſtas, anno XX Ludovici regis. Signum Sigifridi & Giſaldrudæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Thetroch ſcripſi.

26. Jul.

MXXXIV.

Donatio Warinberti in eadem villa.

11. Jun. In Chriſti nomine ſub die III idus Junias, anno III regni Karoli regis, ego Warinbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Bermersheim* marca, vineam unam tenentem jj ſcamellos, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Signum Warinberti, qui hanc donationem fieri rogavit.

MXXXV.

Donatio Crotheri in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die VIII Maji, anno ſecundo regni Karoli regis, ego Crotherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem, &c. in pago Wormatienſi, in *Bermersheim* marca de ipſa hereditate quantumcunque eſt de illa medietate, id eſt, plus minus jurnales xj & dimidio manſo, ita, ut ab hac die ad ipſum locum proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Crotheri, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MXXXVI.

Digitized by Google

MXXXVI.

Donatio Waltheri in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Februarii, anno quinto decimo Karoli regis, ego Waltherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Bermersheimer marca* unum jurnalem de terra aratoria, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Waltheri, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit. 25. Jan.

MXXXVII.

Donatio Hiltisnod.

Ego in Dei nomine Hiltisnot dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheimer marca* tres jurnales de terra aratoria, & unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die III nonas Auguſti, anno quinto regni Karoli regis. Signum Hiltisnot, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Samuel ſcripſi. 3. Aug.

MXXXVIII.

Donatio Teutlindis in eadem villa.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Auguſti, anno ſecundo regni Karoli regis, ego Teutlinth & filius meus Bertolfus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Bermersheimer* marca unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Teutlint, ſignum Bertoldi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Harlandus ſcripſi.

Digitized by Google

MXXXIX.

Donatio Wolfradis.

4. Jun. In Chriſti nomine ſub die II nonas Junii, anno octavo regni Karoli regis, ego Wolfrat dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Bermersheim* marca, & in *Gesbotsheim*, & in *Windelsheim* marca, octo jurnales de terra aratoria, & in *Suuielnheim* marca unam vineam perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauresſam* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Wulfrati, qui hanc donationem fieri rogavit.

MXL.

Donatio Egihardi.

Ego in Dei nomine Egihardus tradidi unum jurnalem & viniolam unam in villa *Bermersheim* ad ſanctum Nazarium martyrem &c. Actum in monaſterio *Laurenſi* ſub die XV
17. Apr. kalendas Maji, anno XI regni domini Ludowici imperatoris. Signum Egihardi, qui hanc donationem fieri rogavit.

MXLI.

Donatio Saluchonis.

14. Jul. In Chriſti nomine ſub die II idus Julii, anno XXVI, ego Salucho presbiter dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c, in pago Wormat. in *Bermersheimer* marca, tres jurhales de terra, & duas vineas perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Guntheim* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Saluncho, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Rudolfus ſcripſi.

MXLII.

Digitized by Google

MXLII.

Donatio Eremberti.

Ego in Dei nomine Erembrecht presbiter dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Bermersheim* de uno manſo tertiam partem, & unam vineam, & inter *Bermersheim* & *Guntheim* & *Dagolfesheim* jurnales xij, & tres petiolas de *Guntheim*, & quicquid in iſtis villis ſeu marcis habere viſus ſum, excepta una vinea in *Bermersheim*, cetera omnia in ſupra ſcriptis locis, tam manſis, terris, vineis, domibus, ædificiis, omnia trado in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die XV kalendas Julii, anno duodecimo regnante Ludowico imperatore. Signum Eremberti presbiteri, qui hanc donationem fieri rogavit. Altwinus ſcripſit. 17. Jun.

MXLIII.

In Chriſti nomine Nana tradidit ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore *in pago Lobotunenſi* juxta fluvium Wiſſcoz in villa *Bermersheim* curtilam & vineam & terram aratoriam, quicquid in eadem villa habere videtur, & hæc traditio facta eſt ſub venerabili Richbodone abbate, ſtipulatione ſubnixa. Actum ſub die XVII kalendas Julii, anno XXVIII regnante Karolo rege. Signum Ananæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. 15. Jun.

MXLIV.

Donatio Heriwigi.

In Chriſti nomine bonæ pacis ſtudio placuit, atque convenit inter venerabilem Helmericum abbatem & illuſtrem virum nomine HERWIGUM, ut inter ſe res aliquas congruas mutare debe-

deberent, quod & ita fecerunt. Dedit igitur memoratus abba de ratione ſancti Nazarii in *pago Lobidunenſe*, in *Bergeheim* marcha, in loco qui dicitur *Gowinberch*, vineam unam, quam tradidit Ratbertus; dedit e contra ſupra dictus Heriwigus in *Bermersheim* marca, in pago Wormatienſi, quicquid in ipſa fine vineis ſeu de terra culta & inculta habere viſus eſt, ad integrum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
23. Sept. Actum in monaſterio *Lauriſſam* ſub die IX kalendas Octobr. anno XIII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Heriwigi, qui hanc commutationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MXLV.

In Chriſti nomine ſub die menſis Martii, anno primo regni domini noſtri Karoli regis, ego Hildegundis dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi, in *Bermersheim* marca vineam unam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Lauriſſamenſi* ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hildegundis, quæ hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MXLVI.

Donatio Wichonis.

Domino fratri Gundelando abbati de monaſterio Laureſſam Vicho venditor conſtat me vobis vendidiſſe & ita vobis venditum manſis, campis, pratis in pago Wormacienſe, in *Bermarsheim* marca totum & ad integrum, & quod Ada mihi tradidit, & accepi a vobis in pretio dimidiam libram, & ipſam rem denominatam præſentialiter vobis tradidi poſſidendam, tenendam, donandam, commutandam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die menſe Novembre, anno primo regni Karoli regis. Signum Uchonis, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit. MXLVII.

MXLVII.
Donatio Heriwici.

Venerabili in Chriſto patri Helmerico abbati ego Heriwicus. Complacuit nobis atque convenit, ut aliquas res congruas concambire debuiſſemus, quod ita & fecimus. Dedit igitur Heriwicus Helmerico abbati ad partem ſancti Nazarii in *Bermarsheim* marca in pago Wormat. vineas in locis ſeptem, ſicut miſſis ipſius conſignatum fuit; e contra dedit Helmericus abba vineas ſancti Nazarii in *Bergeheim* marca, in monte, qui dicitur *Gouinberg*, vineas in duobus locis, ita ut ex utraque parte inconvulſa & inviolata permaneant. Actum publice in villa *Bermarsheim* ſub die II nonas Februarias, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Heriwici, qui hanc kartulam fieri rogavit. Ego Hornung ſcripſi. 4. Febr.

MXLVIII.
Donatio Hucberti.

In Dei nomine bonæ pacis ſtudio placuit atque convenit inter virum illuſtrem HUCBERTUM, & venerabilem virum Helmericum abbatem, ut inter ſe aliquam rem congruam commutare deberent, quod & ita fecerunt. Dedit igitur præfatus Hucbertus in pago Wormat. in *Bermersheim* marca j manſum & unam vineam, e contra Helmericus abba dedit in ipſa marca de ratione ſancti Nazarii j manſum & unam vineam, ita ut uterque quod accepit, habeat & ſuis poſteris relinquat perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Oppenheim* ſub die VIII idus Januarii, anno XVI regni domini noſtri Karoli regis. Signum Hucberti, qui hanc donationem fieri rogavit. Grimharius ſcripſit. 8. Jan.

Digitized by Google

MXLIX.

Donatio Waltmanni in Luteresheim.

Nos in Dei nomine Waltmann & Wertman filius meus, & conjux mea Otſwint, donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *pago Wormatienſi*, in *Luteresheim* marca jj manſos & xxx jurnal. de terra aratoria & prata in duobus locis, a die præſente donamus, tradimus, atque transfundimus, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſub-
1. Maj. nixa. Actum in monaſterio *Laureſſam* ſub die kalendas Maji, anno XXXIIII regni Karoli regis. Signum Waltmanni, & Wertmanni, & Otſwindæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Reginbertus ſcripſit.

ML.

Donatio Reginfridi & Ratfridi.

22. Mart. In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Aprilis, anno XX regni Karoli regis, nos Reginfrit & Ratfrit filius meus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Lutersheim* marca hubas jjj, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, quicquid ad ipſas hubas aſpicit, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio *Laureſſam*, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Reginfridi & Ratfridi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

MLI.

Donatio Waninchi.

13. Jun. In Chriſti nomine ſub die idus Junii anno XXII regnante Karolo rege, ego Waninc dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Liutresheim* unam vineam & in *Babenheimer marca* quatuor jurnales de terra aratoria ſtipulatione

Digitized by Google

tione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Waninc, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

MLII.
Donatio Engilfridi.

Ego in Dei nomine Engilher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Lutmarsheim* marca, duos jurnales & dimidium ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſamenſi ſub die XI kalendas Aug. anno XXIIII regni Karoli regis. Signum Engilheri, qui hanc donationem firmari rogavit. Reginbertus ſcripſit. 22. Jul.

MLIII.
Donatio Albergulfi.

In Chriſti nomine ſub die VII Julii, anno XV regni Pippini regis, nos Adalbert & Friduin & ego Albergulf donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormat. in *Lautmarsheim* marca, quem ipſe per manus poteſtativas tradidit nobis, hoc eſt terciam partem de omni re proprietatis ejus, quicquid in ipſa marca habere viſus eſt, totum & ad integrum &c. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore quo ſupra. Signum Odolleibi & Friduini & Ebergulfi, qui hanc donationem pariter fieri & firmari rogaverunt. Samuel ſcripſit.

MLIV.
Donatio Wiberti.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Sept. anno I regni Karoli regis, ego Wibert dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. 1. Sept.

 in

in pago Wormat. in *Liumarsheim* marca vineam j & pratum unum in *Rodenbach*, a die præſente perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die, quo ſupra. Signum Wicberti, qui hanc donationem fieri rogavit. Halrandus ſcripſit.

MLV.
Donatio Sigewini.

24. Jun. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno XX (Karoli regis) ego Sigewin & Rothwin donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Liutmarsheim* marca unum jurnalem de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Sigewin, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Nangerus ſcripſit.

MLVI.
Donatio Heliulfi.

1. Mart. In Chriſti nomine ſub die kalendas Marcii, anno quinto regnante Karolo rege, ego Heliulfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Liutmarsheim* marca manſum unum, & vineam unam & quinque jurnales de terra arabili, & pratum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in Laureſſam, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Heliulfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Harilandus ſcripſit.

MLVII.
Donatio Milonis.

28. Maj. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Junii, anno XXII regni domini Karoli regis, ego Milo & conjux mea Reginlint dona-

Digitized by Google

donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Liutmarsheim* unam vineam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Milonis, ſignum Reginlint, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Rutberti, ſignum Giſeberti.

MLVIII.

Donatio Albulfi.

In Chriſti nomine ego Albulf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Liumarsheim* marca, id eſt terciam partem de uno manſo & quicquid ibidem habeo tertiam partem, tam in manſo, quam in vineis & terra arabili dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die III kalendas Aprilis, anno primo regni Karoli regis. 30. Mart. Signum Albolfi, qui hanc donationem fieri rogavit. Herlandus ſcripſit.

MLIX.

Donatio Eolfi in Liumarsheim.

In Chriſti nomine bonæ pacis ſtudium placuit, atque convenit inter venerabilem virum Egolfum & Richbodonem abbatem, ut inter ſe res aliquas congruas commutare deberent. Dedit igitur Eolfus in pago Wormat. in *Liumarsheim* marca j manſum, e contra dedit Richbodo abbas in eadem marca ſimiliter unum manſum, ita ut uterque partem quam accepit, teneat atque poſſideat, & poſteris relinquat, ſtipulatione ſubnixa. Actum Lauriſſæ ſub die idus Junii, anno XXIII regni 18. Jun. Karoli regis. Signum Eolfi, qui hanc commutationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

MLX.

Donatio Theudanae.

Ego in Dei nomine Hadur pro remedio animæ Theudanæ, quod ipſa mihi tradidit manu poteſtativa, ut pro anima ejus traderem ad ſanctum Nazarium, quod & ita ſeci. Dono igitur ad monaſterium Lauriſſamenſe, ubi ſanctus Nazarius requieſcit in corpore, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, hoc eſt in *pago Wormatienſi*, in *Guntheimer marca* tres jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſamenſi anno ſeptimo regni Karoli regis. Signum Hadur, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MLXI.

Donatio Eremberti & Herchenſuint.

Nos in Dei nomine Thurinbert & Erembertus & Herchenſuint pro remedio animæ Folcherici donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormat. in *Guntheim* marca & *Bermersheim* unum manſum cum ædificio ſuperpoſito & xx jurnal. de terra aratoria, & unam vineam & quinque mancipia, de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſ-
14. Mart. ſamenſi ſub die II idus Martii, anno XXXIII regni domini Karoli regis. Signum Thurincberti, ſignum Herimberti, ſignum Herchenſuindæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Reginbertus ſcripſit.

MLXII.

Donatio Wiſerichi.

26. Apr. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Maji, anno XIIII regni domini Karoli regis, ego Wiſerich & conjux mea Lantrut donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat.

mat. in ſuperiore in *Gunteimir* marca j hubam & unum manſum, & quicquid ad ipſam hubam aſpicit ad integrum a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Winſurich & Lantrudæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Rudolfus ſcripſit.

MLXIII.

Donatio Reginhelmi & Beretrich.

Nos in Dei nomine Reginhelm & Beretrich pro remedio animæ Watonis donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem proprietatis, quam ipſe Watto manu poteſtativa nobis tradidit, ut ad ſanctum Nazarium traderemus, in pago Wormat. in villa *Guntheim* de terra arabili jurnales xjjj & de vineis jurnales duos ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die III nonas Maji, anno XXX Ludowici regis. Signum Wattonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit, ſignum Reginhelmi, ſignum Albgeri. Ego Waltarius diaconus ſcripſi. 5. Maj.

MLXIV.

Donatio Hermbrat & Heimrich.

Nos in Dei nomine Hermbrath & Heimrich & ſoror noſtra Ercanſuint, pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormat. in *Guntheim* marca, & in *Bermutesheim*, unum manſum & xx jurnales de terra aratoria, & vineas ad quatuor carradas, & mancipia quatuor his nominibus, Wintrolfum, & Nantherum, Manliub, Adalhardum filium ejus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die nona kalendas

24. Jul. lendas Auguſti, anno XXXIV regni domini noſtri Karoli regis. Signum Herinberti & ſororis ejus Herchenſuindis, & Heimrici, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Reginbertus diaconus & monachus ſcripſi.

MLXV.

Donatio Herwini.

Ego in Dei nomine Herwin pro anima Theodorici dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. Actum in monaſterio
15. Mart. Lauriſſamenſi ſub die idus Marcii, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Herwin, qui hanc donationem fieri rogavit. Rudolfus ſcripſit.

MLXVI.

Donatio Reginhelmi & Babae atque Beragis in Bermodesheim.

Nos in Dei nomine Reginhelm & conjux mea Baba, atque Beragis donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in *pago Wormatienſe*, in villa vel marca *Guntheim* aream j cum ædificio ſuperpoſito, & in ipſa area vineam unam, & in aliis locis quatuor vineas, quod in totum poteſt fieri jurnal. jjj de vineis, & in *Guntheim* marca, & in *Bermodesheim* & in *Guntramesheim* de terra arabili jurnales xx & mancipia jj, & quicquid in rebus legitime accidere poteſt, donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die
2. Febr. IIII nonas Febr. anno XII regni Ludowici regis. Signum Reginhelmi & Babæ & Bergiſi, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Thetroh ſcripſit.

MLXVII.

MLXVII.
Donatio Wicharii & Wanberti.

Ego in Dei nomine Wicharius & Wanbertus pater meus donamus ſancto Nazario martyri requieſcenti corporaliter in pago Rhenenſe, in monaſterio Laureſſam, ubi Samuel abba præeſſe videtur, hoc eſt, in pago Wormat. in villis nuncupantibus *Guntheim* & *Bermutisheim* & in ſuis terminis colonias jj, & jurnales xxjx & vinearum jurnalia jjjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum publice anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXXXVII, Ludowici imperatoris XXV, V idus Junii. Signum Wicherii & 9. Jun. Wanberti, qui hanc donationem fieri rogavit. Ego Adalbertus ſcripſi.

MLXVIII.
Donatio Hilblilougi, Sigiholfi & Giſilradis.

In Chriſti nomine ſub die VIII idus Majas, anno XXIII regni 8. Maj. domini noſtri Karoli regis, nos Hilbliloug & Sigiholf & conjux ejus Giſilrat donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Guntheim* marca j manſum cum caſa & ſcuria, & omni ædificio & j vinea, & pomifera & quicquid in ipſa marca viſi ſumus habere vel poſſidere, totum & ad integrum a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hildilougi & Sigilolfi & Giſilratæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

MLXIX.

Donatio Wigheri & Meginradi.

Nos in Dei nomine Wigherus chorepiſcopus & Meginrat donamus pariter ad ſanctum martyrem Dei Nazarium &c. rem proprietatis noſtræ in *pago* nuncupato *Wormatienſe* in villa *Guntheim* manſum j cum ædificio ſuperpoſito, & de terra arabili inter *Guntheimir* marca & *Bermodesheim* & *Dagolfesheim* jurnal. xl, & de vineis jurnal. vj & quicquid ad ipſas res legitime aſpicere videtur, donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum
12. Jul. in villa *Oppenheim* ſub die IIII idus Julii, anno XXXIIII Ludowici regis. Signum Wigharii & Megenratæ, qui hanc donationem fecerunt.

MLXX.

Donatio Ramperti in Mergſtat.

Bonæ pacis ſtudio placuit atque convenit inter venerabilem virum Adalungum abbatem & virum ingenuum nomine Rambertum, ut aliquas res inter ſe commutare debuiſſent, quod & ita fecerunt: dedit igitur præfatus Adalungus in *pago Wormatienſi*, in *Mergiſtat* prædicto viro manſum j & in ipſa marca jurnal. jjj, e contra dedit Rambrat Adalungo abbati in eodem pago in *Guntheim* j vineam, in ea vero ratione, ut uterque partem, quam acceperat, teneat atque poſſideat, & ſuis poſteris ad poſſidendum relinquat, & iſta commutatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa
15. Maj. *Guntheim* anno XXII Ludowici regis, VIII idus Majas. Signum Adalungi abbatis & Ramberti, qui hanc commutationem fieri rogaverunt. Ego Altwinus ſcripſi.

MLXXI.

MLXXI.
Donatio Gerhohwini.

Propter bonæ pacis ſtudium complacuit atque convenit inter venerabilem virum Theotrahum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum ingenuum Gerhohum, ut aliquas res inter ſe pro oportunitate locorum ſibimet competentium commutare deberent, quod ita pari conſilio & communi voluntate perſecerunt: dedit igitur præfatus abbas ex parte ſancti Nazarii jam denominato Gerhoho in pago Wormatienſe in villa *Guntheim* manſum j, e contra dedit memoratus vir per traditionem ad ſanctum Nazarium in eodem villa vineam j & jurnales jj ita, ut uterque partem quam acceperat, teneat atque poſſideat, ſuisque poſteris ad poſſidendum derelinquat, & hæc commutatio firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die XVI kalendas Junii, anno XXXVII regni Ludowici regis. Signum Theotrohi abbatis & Gerhohi, qui hanc commutationem fieri rogaverunt. Reginbaldus ſcripſi. 17. Maj.

MLXXII.
Donatio Wattonis in eadem villa.

In Chriſti nomine, dum non eſt incognitum, ſed pluribus jam conſtat eſſe notiſſimum, qualiter propter bonæ pacis ſtudium complacuit atque convenit inter venerabilem virum Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & aliquem virum ingenuum nomine Waltdonem, ut aliquas res interſe pro oportunitate locorum ſibi competentium commutare deberent, quod ita pari conſilio & communi voluntate ſecerunt: dedit igitur præfatus abbas Egilbertus jam dicto Wattoni in pago Wormatienſi, in villa *Mergeſtat* de terra arabili manſum j, e contra dedit Watto prædicto abbati in eodem pago, in villa *Guntheim* jurnalem j, ita ut uterque partem, ut accepit, ſibi ha-

 bere

bere teneat atque poſſideat, ſuiſque poſteris ad poſſidendum derelinquat, & nequaquam hæc commutatio in futurum violetur, ſed omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die nona
23. Apr. kalendas Maj, anno XXVI Ludowici regis. Signum Egilberti abbatis & Wattonis, qui hanc commutationem fecerunt. Waltharius ſcripſit.

MLXXIII.

Donatio Sigimundi in Carlobach.

Ego in Dei nomine Sigimundus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormatienſe*, in *Carlobach* marca, vineolam unam, tenentem duos ſcamellos, quod mihi tradidit manu poteſtativa Odolleib pro animæ ejus remedio dono, trado atque transfundo, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die IX Octobr. anno III regni domini noſtri Karoli regis. Signum Sigimundi, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MLXXIV.

Donatio Berheri, in eadem villa.

Ego in Dei nomine Berherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſe, in *Carlobach* marca manſum j & jurnales xv a die præſente dono, trado atque transfundo, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
2. Febr. Actum in monaſterio Laureſſam IIII nonas Februarii, anno XV regni Ludowici imperatoris. Signum Bernhardi, qui hanc donationem fieri rogavit. Altwinus ſcripſit.

MLXXV.

MLXXV.

Donatio Fridehelmi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die III idus Aprilis, anno XII regni Pippini regis, ego Fridehelm dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam j in pago Wormatienſe, in *Carlobach* marca de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Fridehelmi, qui hanc donationem fieri rogavit. 11. Apr.

MLXXVI.

Donatio Reginheri in eadem villa.

Ego in Dei nomine Reginher, & conjux mea Adela donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram propriam in *pago Wormatienſe*, in *Ciricheim* & in *Carlobach*, quantumcunque ibidem habere videmur, hoc eſt dimidium manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, hoc eſt, caſa & area, & quotcunque ibidem habere & poſſidere viſi ſumus, totum & ad integrum a die præſente de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, tenendi, donandi, commutandi, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die menſe Aprilis, anno II regni Karoli regis. Signum Reginheri & Adelanæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt.

MLXXVII.

Donatio Meginbirg.

Ego in Dei nomine Meginbirg dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſe in

 villa

villa, quæ dicitur *Carlobach*, quicquid in ipſa villa vel marca jure hereditario poſſidere videor, hoc eſt manſum indominicatum, cum ædificiis veſtitum, & in ipſo eſt una vinea, & ad ipſum manſum dominicum pertinet, de terra arabili jurnales xxxvj & ſerviles manſos duos, ad unum pertinent jurnales xxjjjj & una vinea, ad alterum pertinent jurnales xx, & inſuper ad opus dominicum vineas jjjj, & in *Agrisheim* marca pratas ad carradas tantas, & in *Spirigowe*, in *Affaltalterloh* hubas jj, & quicquid ad ipſas hubas legitime pertinere videtur, tam mobilibus, quam inmobilibus, totum & ad intearum a die præſente in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam anno incarnationis Domini DCCCXLVI, regni Ludowici regis VI, (a) ſub die XV kalendas Aprilis. Signum Meginbirgæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Ego Theotrochus ſcripſi.

MLXXVIII.

Donatio Thurincbrehti in Munzenheim.

Ego in Dei nomine Thurincbreht dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum jurnalem in *pago Wormatienſe*, in *Munzenheim* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die XV kalen-
5. Febr. das Marcii, anno XXXII regni domini noſtri Karoli regis. Signum Thurinbrehti, qui hanc donationem fieri rogavit. Reginbertus ſcripſit.

MLXXIX.

(a) De annis regni Ludovici Germ. aliter ab ipſo rege computatis, aliter a monachis Laureshamenſibus, in præfatione tomi primi hujus operis egimus.

Digitized by Google

MLXXIX.
Donatio Halidrici in eodem vico.

Ego in Dei nomine Halidricus & conjux mea Crorada donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormatienſe in *Munzinheim* marca, quicquid ibidem habere viſus ſum ad integrum, & in alia marca *Haſenloh*, manſum unum a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die VII kal. Novemb. 26. Oct. anno IIII regni Karoli regis. Signum Heilidrici, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MLXXX.
Donatio Adalmundi.

In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Maji, anno XI Karoli 21. Apr. regis, ego Adalmundus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſe in *Muntzinheim* marca quicquid ibidem habere videmur, ad integrum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in Lauriſſa ſub die & tempore quo ſupra. Signum Adalmundi, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MLXXXI.
Donatio Alachonis in Munzenheim.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Julias, anno VI regni Ka- 13. Jul. roli regis, ego Alacho pro remedio animæ conjugis meæ Giſildrudæ, quod ipſa mihi tradidit per manus poteſtativas, dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Munzinheim* marca j vineam, quam a die præſente dono atque transfundo, ita ut ab hac die ad ipſum ſan-

ſanctum locum & ad congregationem proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſam, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Alachonis, qui hanc donationem fieri rogavit. Richbodo ſcripſit.

MLXXXII.
Donatio Aurendilli in Munzenheim.

In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Maji, anno duodecimo regnante domino noſtro Pippino, ego Aurendil & Amalar & Hildeuin pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei Nazarium &c. rem meam in pago Wormac. in *Muncenheim* marca j manſum & j vineam, & terris araturiis, ceteriſque ædificiis, aquarumve decurſibus, & ex omnibus, quæ in ipſa marca habere videntur, & a die præſente de jure noſtro in jus ipſius donamus atque transfundimus, quatinus illic ſemper proficiat in augmentum & hoc ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam publice ſub die & tempore quo ſupra. Signum Aurendili, & Amalari, & Hilduini, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Samuel ſcripſit.

MLXXXIII.
Donatio Wolfonis in Munzenheimer marca.

19. Jul. In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Auguſtas, anno IIII regni domini noſtri Karoli regis, ego Wolfo dono ad ſanctum martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſe in *Munzinheim* marca, tam in manſis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, campis, domibus, ædificiis, cum adjunctis adjacentiis, aquis, aquarumve decurſibus, quantumcunque mihi de parte patris mei Racheri in ipſa marca legibus obvenit, ad integrum a die præſenti dono, trado atque transfundo, ita ut ab die habeatis jure habendi, donandi, commutandi, vel quicquid

Digitized by Google

quid ex eo facere volueritis, liberum habeatis arbitrium, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Wolfonis, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MLXXXIV.

Donatio Heinrici, Munzenheimer marca.

Ego in Dei nomine Heinrich dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Munzanheim* marca, quicquid in ipſa habere viſus ſum, excepta una vinea, & dimidio jurnali, a die præſenti dono, trado atque transfundo, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, donandi, commutandi, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die V kalendas Octobris, anno X Károli regis. Signum Heinrici, qui hanc donationem fieri rogavit. 27. Sept.

MLXXXV.

Donatio Erperionis, Munzenheimer marca.

Ego in Dei nomine Erperio dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſe, in *Munzinheim* marca unam vineam & unum jurnalem de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum Lauriſſæ ſub die II idus Junias, anno XXVIIII regni Karoli regis. Signum Erperio, qui hanc donationem fieri rogavit. Reginbertus ſcripſit. 12. Jun.

MLXXXVI.

Donatio Nortramni in Munzenheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die VII idus Sept. anno tercio regni Karoli regis, nos Beba & Nortramnus per manus poteſtativas donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem no- 7. Sept.

ſtram in pago Wormatienſi in *Munzinheim* marca vineam unam a die præſente perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bebæ & Nortramni, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Samuel ſcripſit.

MLXXXVII.

Donatio Blidhildis in Munzenheimer marca.

Venerabili in Chriſto Gundelando abbati atque emptori Blidhildis & Gauzrot & Salecho pariter venditores, conſtat nos tibi vendidiſſe, & ita vendimus rem noſtram, quod nobis tradiderunt Luiswindis & Hiltrada in pago Wormatienſe in *Munzinheim* marca inter manſum & pratum & terra aratoria plus minus jurnales xxjjj, & accepimus a vobis in pretio taxato, juxta quod nobis placuit atque convenit, hoc eſt vjjj ſolidos probos atque penſales, & ipſam rem jam dictam perpetualiter tradimus poſſidendam ſtipulatione ſubnixa. Actum
1. Oct. in monaſterio Laureſſam ſub die kalendas Octobr. anno XIIII regni Pippini regis. Signum Blidihildis & Gauzrati & Salechonis, qui hanc venditionem fieri rogaverunt. Samuel ſcripſit.

MLXXXVIII.

Donatio Ucberti in Sulzeimer marca.

In Dei nomine Odilmotus & filius meus Ucbertus donamus, ad ſanctum Nazarium martyrem qui requieſcit in corpore in *pago Wormatienſe* in *Sulzheim* marca, hoc eſt donatum Odilmoti, manſum unum in ipſa villa, & in ipſa marca x jurnal. de terra aratoria, ſimiliter donat Ucbertus in ipſa marca x jurnales de terra aratoria, & unam vineam a die præſente donamus, tradimus atque transfundamus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſ-

ſam

ſam ſub die XV Februarii, anno XV regni Pippini regis. Winterus ſcripſit.

MLXXXIX.

Donatio Sigehelmi in Sulzeim.

In Chriſti nomine ſub die anno XV regni Pippini regis ego Odilelmus & Sigehelmus pariter donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Sulzheim* de terra arabili, quicquid noſtra videtur eſſe poſſeſſio perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Signum Odilelmi & Sigehelmi, qui hanc donationem fieri rogaverunt.

MXC.

Donatio Teutrach in Gunſenheim.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Junii, anno ſeptimo regni glorioſi Karoli regis. Ego Teutrath dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Gunſenheim* marca, quinque jurnales de terra aratoria & unum pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Teutrath, qui hanc donationem fieri rogavit. 30. Maj.

MXCI.

Donatio Nantheri in Gunſenheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Novembris, anno VIII regni domini noſtri Karoli regis. Nos itaque Nantherus & Wilaud donamus pariter ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſe juxta Mogonciam civitatem in *Gunſinheim* marca, hoc eſt XLV jurnales de terra, & uno manſo, & prata, & mancipia vij, & jam dictum manſum cum exitu & regreſſu ſuo cum arboribus & omne ſuperpoſitum cum 25. Oct.

O 2 omni-

omnibus adjacentiis earum, hæc omnia a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum Lauriſſæ die & tempore, quo ſupra. Signum Nantheri & Wilandi, qui hanc donationem rogaverunt. Richardus ſcripſit.

MXCII.

Donatio Amalgardis Longiſtisheim.

Ego in Dei nomine Amalgart dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormatienſe* in *Longiſtisheim* marca, id eſt, cum caſa manſum & unam vineam & duos jurnales de terra aratoria ad integrum a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
15. Jul. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die idus Julias, anno primo regni domini noſtri Karoli regis. Signum Amalgartæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Harilandus ſcripſit.

MXCIII.

Donatio Sigebaldi Salſem marca.

Ego in Dei nomine Sigibaldus pro remedio animæ meæ ſeu pro æterna retributione per hanc kartulam donatiouis dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormatienſe* in *Salſen* marca, & in *Zarenheim*, & in *Rodenbachir* marca quicquid mihi legibus attingit, ad integrum, quod mihi Rautbald genitor meus derelinquit, in his locis totum & ad integrum a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum
27. Febr. in monaſterio Laureſſam ſub die III kalendas Martii, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Sigilbaldi, qui hanc donationem fieri rogavit. Samuel ſcripſit.

MXCIV.

MXCIV.

Donatio Gerwini Truchmaresheim.

Ego in Dei nomine Gerwinus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormatienſe* in *Truchmaresheim* marca xxx jurnales de terra pro anima genitricis meæ Teudradanæ manſum, ubi tres homines manere poſſunt, & unam vineam a die præſente dono, trado atque transfuñdo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam publice ſub die VIII kalendas Septembris, anno XVI domini noſtri Pippini regis Signum Gerwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Samuel ſcripſit. 25. Aug.

MXCV.

Donatio Heinradi in Nubenheimer marca.

Ego in Dei nomine Heinrat & Friderat donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem, &c. rem meam in *pago Wormatienſe* in *Nubenheim* marca j vineam, ubi poteſt colligi vjj & vjj, v & v ſiclis de vino, quæ ſimul faciunt xxjjjj laginas de mero, a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die pridie idus Junii, anno IX regni Karoli regis. Signum Heinrat & Frideradæ, qui hanc donationem fieri rogaverunt. Grimherius ſcripſit. 12. Jun.

MXCVI.

Donatio Helmſuint in Nubenheim:

Ego in Dei nomine Helmſuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Nubenheim* marca j manſum cum caſa & terris, totum & ad integrum, quicquid ibidem habere viſa fui, a die præſente dono, trado.

O 3 atque

Digitized by Google

atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die IIII nonas
2. Nov. Novembris, anno XXX regni Karoli regis. Signum Helmſuindæ, quæ hanc donationem fieri rogavit. Reginbertus ſcripſit.

MXCVII.

Donatio Hucberti, Boſinisheimer marca.

27. Febr. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Martii, anno XIIII regni domini noſtri Karoli regis, ego Hucbertus pro Dei intuitu per hanc kartulam donationis dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. res in *pago Wormat.* quas mihi tradidit ipſe Heribertus in *Boſinesheim* marca tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, domibus, ædificiis, aculabus, vel quidquid ibidem viſus fuit habere, & in *Carlobach* marca j vineam a die præſente dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hucberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. Rudolfus recognovit & ſcripſit.

MXCVIII.

Donatio Athae & Abae.

1. Aug. In Chriſti nomine ſub die kalendas Auguſtas, anno II regni domini noſtri Karoli regis, ego Atha & filia mea Abba pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in *pago Wormatienſe* in *Spizisheim* marca, id eſt, manſum unum & v jurnales de terra aratoria, & j vineam a die præſente ad integrum donamus &c. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die & tempore quo ſupra. Signum Athæ & Abæ, quæ hanc donationem fieri rogaverunt.

MXCIX.

Digitized by Google

MXCIX.

Donatio Hirminwandis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Hirminwartis quod ei tradidit Wenilo, dono ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. in pago Wormatienſi in *Spizesheim* marca manſos x & jj jurnales & unam vineam, & in tribus locis prata a die præſente trado &c. Actum in monaſterio Laureſſam ſub die III kalendas Septemb. 30. Aug.
anno XXII regni Karoli regis. Signum Hirminwardi, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Ego Rudolfus ſcripſi.

MC.

Donatio Hadeberti & Bernheri.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Decembris, anno VII 3. Dec.
regni Karoli regis, nos itaque Hadebertus & Bernherus pro remedio animæ Heribernni donamus ad ſanctum Dei Nazarium martyrem &c. rem noſtram in pago Wormatienſe in *Spizisheimer* marca in manſis, campis, pratis, paſcuis, domibus, ædificiis, perviis, & mancipia vjjj, aquis, aquarumve decurſibus, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum, quantumcunque in prædicta marca in hereditate nobis obvenit, excepta una vinea, aliud ad integrum donamus &c. Actum in monaſterio Laureſſam, ſub die & tempore, quo ſupra. Signum Hadeberti & Bernheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCI.

Donatio Gerolfi, in Dunzinesheim.

Ego in Dei nomine Gerolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormatienſi* in *Dunzinesheim* unum manſum cum vinea & xjj jurnales de terra arato-

ria

ria, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
19. Apr. reſſamenſi ſub die XIIII kalendas Maji, regnante Karolo glorioſo imperatore. Signum Gerolfi, qui hanc donationem fieri & firmari fecit.

MCII.

Donatio Nandolfi & Volcheit in Othmaresheim.

Nos in Dei nomine Nandolfus & Volcheit donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Othmaresheim* vjjjj jurnales & jjj mancipia, ea ratione, ut ſingulis annis ad cenſum ſolvant jj denarios, & hæc donatio firma & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſte-
17. Nov. rio Lauriſſamenſi ſub die XV kalendas Decemb. anno XXVII regni Karoli regis. Signum Nandolfi & Folchet, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCIII.

Donatio Ecgrichi in Roſſunga marca.

Ego in Dei nomine Ecgrich dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormat.* in *Roſſunga* marca vj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
8. Jun. reſſamenſi ſub die VI idus Junii, anno X regni Karoli regis. Signum Egrich, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCIV.

Donatio Najonis in eodem vico.

16. Aug. In Chriſti nomine ſub die XVII kalendas Sept. anno X regni Karoli regis, ego Najo dono ad ſanctum Nazarium martyrem

rem &c. rem meam in pago Wormat. in *Roſſunga* marca jj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die quo ſupra. Signum Najonis, qui hanc donationem fieri rogavit.

MCV.

Donatio Alberti in Spizesheimer (marca).

Ego in Dei nomine Albertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormatienſi in *Spizesheimer* marca j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die III nonas Februarii, anno XXXI regni Karoli regis. Signum Adelberti. 3. Febr.

MCVI.

Donatio Reginholdi ibidem.

In Dei nomine ſub die III idus Julii, anno VIII regni Karoli regis ego Reginholt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Spizesheim* marca, jurnales xx & j vineam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Reginoldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 13. Jul.

MCVII.

Donatio Naichonis & Baduchonis.

Nos in Dei nomine Naicho & Paducho pro remedio animæ Ruotheidæ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* quod ipſa nobis tradidit in villa, quæ dicitur *Heimradesheim* tertiam partem de uno manſo, & unam vineam, & jj jurnales, & in *Spizesheim* dimidium manſum & j vineam, & jj jurnales de terra aratoria in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſte-

24. Nov. naſterio Lauriſſamenſi ſub die VIII kalendas Decemb. anno XLVI regni Karoli regis. Signum Naichonis & Baduchonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum Ruodheidæ.

MCVIII.

Donatio Wolfgeri in Berenbrunnen.

Ego in Dei nomine Wolfger dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. *in pago Wormat. in Berenbrunnen* jj jurnal. de terra ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſa-
28. Aug. menſi ſub die V kalendas Sept. anno XXII regni Karoli regis. Signum Wolfgeri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCIX.

Donatio Rabaldi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Radbalt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Berenbrunne* unius manſi quartam partem & quicquid in ipſa marca habere viſus ſum, de toto quartam partem dono perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die
25. Jul. VIII kalendas Aug. anno XXII regni Karoli regis. Signum Radbalt, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCX.

Donatio Erpmanni in Buckenheim marca.

Ego in Dei nomine Erpman dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. *in pago Wormat.* in *Buckenheim* marca, omnem collaboratum meum & me ipſum ad ſervitium ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, regnante Karolo rege. Signum Erpman, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXI.

MCXI.
Donatio Frutheri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Fruother dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Brukenheimer* marca, I vineam in jus & dominium ſancti Nazarii perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XI kalendas Marcii, anno XXXVII regni Karoli regis. Signum Fruotheri. 19. Febr.

MCXII.
Donatio Rutfridi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Rutfrit dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Buckenheimer* marca unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die IIII kalendas Aprilis, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Rutfridi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 29. Mart.

MCXIII.
Donatio Adelhelmi in Monzinheimer marca.

In Chriſti nomine ego Adelhelmus & ſoror mea Sigild donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quicquid in *Monzinheimer* marca habere videmur, de omni re proprietatis noſtræ quartam partem donamus, hoc eſt, dimidium manſum & unam vineam & ſi quid aliud in ipſa marca habere videmur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi in menſe Novembris, anno XV Pippini regis. Signum Adelhelmi & Sigildæ, qui hanç donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXIV.

Donatio Erlulſi & Warburgis.

12. Apr. In Chriſti nomine ſub die II idus Aprilis, anno XXIII regni Karoli regis, ego Erlulfus & conjux mea Warburc donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in villa vel marca *Buckenheim* quicquid habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis & vjj mancipiis. Similiter in *Merſtat* quicquid ibi habere videor in campis, agris, & vineis. Similiter in *Bermodesheim* marca in campis & pratis, in vineis, domibus vel ædificiis vel quicquid in ipſa marca habere videor & jjj mancipia. Similiter in *Guntheim* baſilicam unam, quæ conſtructa eſt in honorem ſancti Martini cum ædificiis, agris, campis, pratis & vineis & XIIII mancipia & quicquid ad ipſam eccleſiam pertinet, & in *Dagolſesheim* marca vineas jjj in jus & dominium ſancti Nazarii donamus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Erlulfi & Warburc conjugis ejus, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXV.

Donatio Grimberti.

26. Maj. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Junii anno II regni Karoli regis, ego Grimbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Brukenheimer* marca unum manſum & hubam j & quicquid in ipſa marca habere videor in pratis, campis, agris & vineis, domibus & ædificiis perpetualiter ad poſſidendum dono ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Grimberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXVI.

MCXVI.
Donatio Folcrichi.

Donatio quam fecit Folcrich in pago Wormat. quam ei tradidit Roding ad tradendum ſancto Nazario in *Buckenheimer* marca, quicquid idem Roding ibidem viſus eſt habere. Signum Folcrich. Signum Waltbrath.

MCXVII.
Donatio Herigonis & Wenidonis.

Donatio quam dedit Herigis & Wenido in *Bodalgiſes* marca in *Buckenheimer* marca vineam j & jurnalem. Teſtes Hertwic, Gerhart, Gunzo, Liutfrid.

MCXVIII.
Donatio Crodwini.

Ego in Dei nomine Crodwin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam *in pago Wormat.* in *Dagolfesheimer* marca x jurnal. de terra aratoria in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die menſis Auguſti, anno XIII regni Karoli regis. Signum Crodwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXIX.
Donatio Erpholdi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Erpholt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca jjj jurnales de terra aratoria & quicquid ibidem habere viſus ſum, dono perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum

30. Mart. in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die III kalendas Aprilis, anno XIIII regni Karoli regis. Signum Erpholt.

MCXX.

Donatio Albuini in eodem vico.

4. Apr. In Chriſti nomine ſub die II nonas Aprilis, anno quinto regni Karoli regis, ego Albuin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Worm. in *Dagolfesheim* marca jjj jurnales de terra aratoria & pro anima fratris mei Rachinrich dono in *Roſſinlunger* marca dimidium jurnalem de terra arabili perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Albuin, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXI.

Donatio Bernonis in Dagolfesheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die decimo menſis Julii anno XIIII regni Pippini regis, ego Berno dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca in jus & dominationem ſancti Nazarii, dono perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXII.

Donatio Gunzonis in eodem vico.

30. Dec. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Januarii anno ſeptimo regni Karoli regis, ego Gunzo pro remedio animæ meæ dono ad monaſterium Lauriſſam, ubi ſanctus Nazarius in corpore requieſcit, unum jurnalem de terra in pago Wormat. in

Digitized by Google

in *Dagolfesheimer* marca in jus & dominationem ſancti Nazarii ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Gunzonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXIII.

Donatio Eberwini in eodem vico.

In Criſti nomine ſub die II nonas Aprilis anno quinto regni Karoli regis, ego Eberwinus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca unum jurnalem de terra arabili ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Eberwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 4. Apr.

MCXXIV.

Donatio Giſilheidis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Giſilheit dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca unam vineam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die idus Octobris anno XII regni Karoli regis. Signum Giſelheit, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit. 15. Oct.

MCXXV.

Donatio Gerolfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Gerolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in villa *Dagolfesheim* unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die II idus Octobris anno XXVI Karoli regis. Signum Gerolfi clerici, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 14. Oct.

Digitized by Google

MCXXVI.

Donatio Eberwini in eodem vico.

24. Jul. In Chriſti nomine ſub die IX kalendas Auguſti, anno XI regni Karoli regis, ego Eberwinus clericus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca dimidiam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Eberwini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXVII.

Donatio Willerami & Luitrami in eodem vico.

Nos in Dei nomine Williramus & Liutramus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro anima Friderici, quod ipſe nobis & conjux ejus Imma tradiderunt, id eſt, vineam unam in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die
11. Dec. III idus Decembris, anno IIII regni Karoli regis. Signum Willirami & Liutrami, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXXVIII.

Donatio Bertolfi in eodem vico.

2. Jun. In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Junii anno XXI regni Karoli regis, ego Bertolfus & Heinrich donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in villa *Dagolfesheim* j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bertolfi & Heinrici, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXXIX.

MCXXIX.

Donatio Hercnolſi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIIII kal. Auguſti, anno V regni Karoli regis. Ego Hercnolf dono ad S. Naz. mart. &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca vineam unam &c. Actum in monaſt. Lauriſſ. ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hercnolſi &c. 24. Jul.

MCXXX.

Donatio Bernheri in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die pridie idus Aprilis, anno XV regni Karoli regis, nos in Dei nomine Bernher & Adalhart donamus pro remedio animæ Gerolſi ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca & in *Flaridesheim* & in *Aresheim* & in *Wackenheim* dimidietatem de omnibus, quæ habere viſus eſt in campis, pratis, paſcuis, perviis, domibus, ædificiis, vineis, a die præſenti donamus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernheri & Adalhardi qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. 12. Apr.

MCXXXI.

Donatio Bernonis in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Junii, anno XIIII regni Pippini regis, ego Berno dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jjj jurnal de terra aratoria in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 21. Maj.

MCXXXII.
Donatio Bubonis.

Donatio quam fecit Bubo per manus Adelberti & Wezelonis ad ſanctum Nazarium martyrem &c. tres hubas in *Dagolfesheimer* marca cum mancipiis, ceteriſque cultis & incultis adjacentiis. Iſti ſunt teſtes, FRANCO COMES, MILO CO-
17. Apr. MES, Liutharius & Ruſtein XV kalendas Maj.

MCXXXIII.
Donatio in Rorbach.

Item commutatio inter nos & Richwardum dedimus eidem Richwardo in *Nuzlohon* vineam unam ſuis rebus contiguam, e contra dedit nobis in *Rorbach* vineas jj. XIIII kalendas Maj.

MCXXXIV.
Donatio Graholfi.

Ego in Dei nomine Graholf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheimer* marca x jurnal de terra & unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum
18. Maj. in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XV kalendas Junii, anno XVIII regni Karoli regis. Signum Graholfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXXV.
Donatio Herlebaldi.

Ego in Dei nomine Herlebaldus dono pro remedio animæ meæ jj jurnales de terra in *Dagolfesheimer* marca in pago Wormat. ad ſanctum Nazarium martyrem &c. ut ab hac die ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione

Digitized by Google

tione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die II idus Junii, anno IIII regni Karoli regis. Signum Herlebaldi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 12. Jun.

MCXXXVI.

Donatio Ratolfi in Dagolfesheimer marca.

Ego in Dei nomine Ratolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca vineam unam perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die VI idus Aug. anno V regni Ludowiei imperatoris. Signum Ratolfi, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 8. Aug.

MCXXXVII.

Donatio Bernonis in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub Gundelando Abbate, ego Berno vobis vendidi dimidium manſum de terra aratoria & jurnales decem in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca, unde accepi a vobis pretium, juxta quod nobis placuit, hoc eſt de argento libram unam & dimidiam &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die decimo menſis Julii, anno XIIII regni Pippini regis. Signum Bernonis, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXXVIII.

Donatio Alptheri in eodem vico.

In Chriſti nomine ego Alptherus tempore Guntlandi abbatis de monaſterio ſancti Nazarii, quod vocatur Lauriſſa, vendidi in pago Wormat. in *Dagolfesheim* marca de terra aratoria jurnales jjj & dimidiam partem vineæ, unde accepi a vobis pretium, juxta quod vobis complacuit &c. Actum in monaſterio

Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Alptheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXXXIX.

Donatio Diberti in Friſenheimer marca.

Ego in Dei nomine Dibertus pro remedio animæ genitoris mei Dithardi dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Friſenheim* marca novem jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XVIII kalendas
14. Apr. Maji, anno XXXI regni glorioſi imperatoris Karoli. Signum Diberti.

MCXL.

Donatio Hittae in Wizzinheim & in Karlebach.

Ego in Dei nomine Hita Deo ſacrata dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Friſenheim* marca & in *Wizzinheim* & in *Eberulfesheim* & in *Muntinheim* & in *Hamingesheim* & in *Karlebach*, quantumcunque mihi in jus paternæ hereditatis obvenit, in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis & ſeptem mancipia, omnia ad integrum a die præſenti in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
17. Mart. Lauriſſamenſi ſub die XVI kalendas Aprilis, anno tertio regni glorioſi imperatoris Karoli. Signum Hittæ, quæ hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXLI.

MCXLI.

Donatio Liutheri in Dagaſtisheimer marca.

In Chriſtí nomine ſub die IIII kalendas Aprilis, anno primo regni Karoli imperatoris, ego Liutherus pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Dagaſtisheim* marca jurnales jjjj de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Liutheri, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit. 29. Mart.

MCXLII.

Donatio Willebaldi.

Ego in Dei nomine Willebaldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam *in pago Wormat.* in *Alagaſtesheim* unum manſum & ſex jurnales de terra aratoria in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die III kalendas Decembris, anno XXX regni Karoli regis. Signum Willebaldi. 29. Nov.

MCXLIII.

Donatio Nantheri in Alagaſtein.

In Chriſti nomine ſub die X kalend. Decembris, anno quinto decimo regni Pippini regis, ego Antherus & conjux mea Hiltrud pro animæ noſtræ remedio donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Alagaſtesheim* marca manſum unum & xx jurnales de terra aratoria & pratum a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii dono atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. 22. Nov.

Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Nantheri & Hiltrudæ.

MCXLIV.

Donatio Bernhardi in Alagaſtesheimer marca.

4. Jun. In Chriſti nomine ſub die II nonas Junii anno ſecundo regni Karoli imperatoris, ego Bernhardus pro anima Hartberti fratris mei dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Alagaſtesheim* marca dimidium manſum perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Bernhardi.

MCXLV.

Donatio Gerolfi in Lammundisheimer marca.

1. Nov. In Chriſti nomine ſub die kalendas Novembris, anno primo regni Karoli imperatoris, ego Gerolf & conjux mea Luitſuind pro animæ noſtræ remedio donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wormat.* in *Lammundisheim* marca jurnales vj de terra arabili, ita ut ab hac die ad ipſum locum omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra.

MCXLVI.

Donatio Dagaberti & Wiliberti in eodem vico.

19. Maj. In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Junii, anno XXII regni Karoli imperatoris, ego Dagabrecht, pro anima genitoris mei Wileberti, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Lammundisheim* jjj jurnales in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die omni tempore proficiat in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-

monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Dagaberti. Signum Willeberti, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCXLVII.

Donatio Anſildis & Artolſi in Enſeltheimer marca.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ego Ansilt, ex illuſtri proſapia edita, una cum nobili (marito) meo Artolfo, pro remedio animæ noſtræ & æterna retributione donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. donatumque in perpetuum eſſe volumus & promptiſſima voluntate confirmamus, hoc eſt, in *pago Wormat.* in villa, quæ vocatur *Enſeltheim* & in ejus marca, ac in *Guntheimer* marca, quicquid habere viſi ſumus, nos videlicet ipſos & filios ac filias noſtras Volchendruda, Judda & Hildegart, cum omni poteſtate noſtra, libera & communi manu, prædicto abbate aſſenſum præbente, optimo jure miniſterialium præfatæ eccleſiæ nos atrahentes, id eſt, in officium camerariorum nos collocantes, proinde donamus omne prædium noſtrum ac mancipia noſtra & quicquid in prædictis villis poſſidere videbamur, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, locis cultis & incultis, his mancipiorum nominibus, pro teſtimonio in medio annotatis, Waldo, Rimitrud, Godedanc, Otſuuint, Iſinhart & Mahtſuint, hæc omnia ſuperius comprehenſa de jure noſtro in jus & dominationem ſancti Nazarii martyris Chriſti donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter poſſidenda &c. præſens donatio iſta omni tempore firma & ſtabilis permaneat, quæ facta eſt in monaſterio Laurisham ſub die II idus Aprilis, anno XXIII domini noſtri Karoli glorioſiſſimi imperatoris, cujus imperiali conceſſione & noſtra petitione hoc teſtamentum confirmatum eſt ſancti Nazarii impreſſione. Signum Richbodonis abbatis, ſignum Arolſi, ſignum An- 12. Apr.

Digitized by Google

Anſilt, ſignum Ruprecht, ſignum Engilbrecht, ſignum Villibrecht, ſignum Giſelfrid, ſignum Frutheri, ſignum Teobrecht, ſignum Gundacker, ſignum Radolfi filii ejus.

MCXLVIII.
Donatio Adelhelmi in eodem vico.

Nos in Dei nomine Adelhelm & Altman pro remedio animæ Erleuuini donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod ipſe nobis tradidit in *pago Wormat.* in *Enſiltheim* marca, quicquid ibidem habere viſus fuit, id eſt, quinque hubas & quidquid ad ipſas pertinet exceptis mancipiis, aliud totum tam manſis, campis, perviis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, omnia & ex omnibus, totum & ad integrum a die præſenti in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
14. Mart. Lauriſſamenſi ſub die II idus Martii, anno XXXVI regni Karoli regis. Signum Adelhelmi & Altmanni, qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt.

MCXLIX.
Donatio Heregiſi in Iſanburch.

In Chriſti nomine notum ſit omnibus fidelibus tam præſentibus quam futuris, qualiter complacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam nomine Heregiſum, ut aliquas res inter ſe pro oportunitate locorum ſibimet competentium commutare deberent, quod & ita pari conſilio & communi voluntate fecerunt: dedit enim præfatus epiſcopus jam denominato viro ex parte ſancti Nazarii in *pago Wormat.* in villa vel marca *Iſanburc* manſum unum & de terra arabili jurnales xxjjjj ſuis rebus contiguum, e contra dedit jam dictus Here-

Heregis memorato epiſcopo in eodem pago & in villa *Buxlare* manſum unum, & inter *Buxlare* marcam & *Quirnheimero* de terra arabili jurnales xxvj, propterea duas cartulas inter ſe habere voluerunt, ut hæc commutatio futuris temporibus firma & inconvulſa permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſam, ſub die & tempore XI kalendas Aug. anno XV regni Ludowici regis. Signum Samuelis epiſcopi & Heregiſi, qui hanc cartulam inter ſe fieri & firmari fecerunt. 22. Jul.

MCL.

Donatio Gummundi.

Ego in Dei nomine Gummunt & Unwan pro remedio animæ Andunæ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in villa *Buxlare* unum manſum & unam domum & graneam j, xx jurnales a die præſente donamus, tradimus atque transfundimus, ut ab hac die & deinceps proficiat in augmentis & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die pridie idus Februarii, anno I regni Ludowici regis. Signum Gummunti & Unuuani. 12. Febr.

MCLI.

Donatio Hirminsuuindis in Baabenheim.

Nos in Dei nomine Hirminſuuint & Lantſuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Buxlare* & in *Baabenheimer* marca & in *Eberulſesheimer* marca & in *Gozinhesheim*, quidquid ibidem videbamur habere, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, omnia ad integrum &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die nonas Maj, anno XXII regni Karoli imperatoris. Signum Hirminſuuint, ſignum Lantſuint. 7. Maj.

Digitized by Google

MCLII.

Donatio Thodonis in Blatmariſheim.

9. Oct. In Chriſti nomine ſub die VII idus Octobris, anno XXI regni glorioſi imperatoris Karoli, nos in Dei nomine Theodo & conjux mea Othilt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Blatmarisheim* quartam partem unius manſi, & xjj jurnales de terra & quatuor pertigas de prato & mancipium unum nomine Gerhart &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die atque tempore, quo ſupra. Signum Theodo & conjugis ejus Othilt.

MCLIII.

Donatio Theodonis in eodem vico.

22. Apr. In Chriſti nomine ſub die X kalendas Maji, anno XIIII regni Karoli regis, ego Theodo & conjux mea Authilt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Blatmarsheimer* marca de terra aratoria jurnal. xv & pratum unum a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra. Signum Theodonis & Authildis.

MCLIV.

Donatio Iſenhardi in Baldrisheim marca.

9. Sept. In Chriſti nomine ſub die V idus Septemb. anno XII regni Karoli regis, ego Iſenhart dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Baldrisheim* marca jjj jurnales, & unam petiolam de prato, ubi poteſt colligi carrada una de ſeno &c. Signum Iſenhart, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCLV.

Digitized by Google

MCLV.

Donatio Liutolfi in Wiſore marca.

In Chriſti nomine ſub die nonas Octobris, anno XV regni Karoli imperatoris, ego Liutolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Wiſore* marca quidquid mihi ibidem genitor meus hereditario jure dereliquit, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, aquis, omnia in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter poſſidenda. 7. Oct.

MCLVI.

Donatio Achioldi in eadem marca.

In Chriſti nomine ſub die VIII idus Octobr. anno III regni Karoli regis, ego Achiolt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in marca, quæ dicitur *Wihſa*, de terra aratoria jurnales jjj, in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c. 8. Oct.

MCLVII.

Donatio Adelberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VII kal. Aug. anno VII regni Karoli imperatoris, ego Adelbertus pro remedio animæ Theudolfi dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Wiſore* marca jj jurnales de terra aratoria &c. 26. Jul.

MCLVIII.

Donatio Raccheri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Raccherus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in marca, quæ dicitur *Wihſa*, manſum unum in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c.

MCLIX.

Donatio Ratberti in eodem vico.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno XVIII regni Karoli regis, ego Ratbrecht dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Wiſere* marca jjj jurnales de terra perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Ratberti.

MCLX.

Donatio Hildolfi & Erlebaldi in Roſſunger marca.

Nos in Dei nomine Hildolf & Erlebald donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam hubam in *pago Wormat.* in *Roſſunger* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die
13. Aug. idus Auguſti, anno XII regni Karoli regis.

MCLXI.

Donatio Alpuuini in eodem vico.

3. Aug. In Chriſti nomine ſub die III nonas Auguſti, anno ſexto regni Karoli regis, ego Alpuuin pro remedio animæ meæ & germani mei dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Roſſunger* marca jurnalem unum & dimidium a die præſenti dono &c. Signum Alpuuini, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCLXII.

Donatio Alpuuini in eodem vico.

23. Sept. In Chriſti nomine ſub die VIIII kalendas Octobris, anno VIII regni Karoli regis, ego Alpuuin dono ad ſanctum Nazarium

rium martyrem &c. in pago Wormat. in *Roſſunger* marca jjj jurnales de terra arabili &c.

MCLXIII.
Donatio Theutridis.

In Chriſti nomine ſub die idus Junii, anno quinto regni Karoli regis, ego Theutridus pro remedio genitricis meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Roſſunger* marca j manſum & quatuor jurnales de terra aratoria in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c. 13. Jun.

MCLXIV.
Donatio Ratharii.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Julii, anno quinto regni Karoli regis, nos in Dei nomine Ratharius & Bernharius donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Roſſunger* marca jurnales xx, & unum jurnalem de vinea a die præſenti donamus, &c. 26. Jun.

MCLXV.
Donatio Aigili in Alaisheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Novembris, anno XVI regni Pippini regis, ego Aigil dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. id eſt, vineam j in *pago Wormat.* in *Alaisheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum. Si quis vero hanc donationem infringere præſumpſerit, inferat ad ipſum locum ſanctum ſociante fiſco auri uncias jjjj, argenti uncias x, & quod repetit, evendicare non valeat. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. 22. Oct.

MCLXVI.

Donatio Waltmanni in Munulfesheim marca.

9. Apr. In Chriſti nomine ſub die V idus Aprilis, anno XV regni Pippini regis, ego Waltman dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam j in *pago Wormat.* in *Munulfesheim* marca, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MCLXVII.

Donatio Rotbaldi.

15. Oct. In Chriſti nomine ſub die idus Octobris, anno ſecundo regni Karoli regis, ego Rotbaldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormat.* in *Biſcofesheim* marca duos manſos & duas vineas & unum mancipium Mudaldruth perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra.

MCLXVIII.

Donatio Theutſuuindis in Biſcofesheim.

Ego in Dei nomine Theutſuuind pro remedio animæ meæ & filii mei Gerheri dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in pago Wormat. in *Biſcofesheim*, quidquid in ipſa marca habere viſus ſum, tam manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, ſilvis, aquæcuriis, molendinis, & xjj mancipia, his nominibus: Hedelind, Giſeler & Muther filii ejus, Hirmigard & filius ejus Egilolf, Gebelind & filia ejus Aſclind, Otuuin, Rudolf, Erchenbrecht, Gundlind & filius ejus Willimund, omnia a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum
5. Nov. in villa *Biſcofesheim* ſub die nonas Novembris, anno XV Karoli regis.

MCLXIX.

Digitized by Google

MCLXIX.

Donatio Rotbaldi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIII idus Julii, anno ſeptimo regni Karoli regis, ego Rotbaldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Biſcofesheim* marca quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, vineis, aquis, a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, &c. 8. Jul.

MCLXX.

Donatio Gunzonis presbiteri in Bentritesheim.

In Chriſti nomine notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, qualiter placuit atque convenit inter venerabilem virum Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & Gunzonem presbiterum; ut aliquas res inter ſe pro oportunitate locorum ſibi competentium commutare deberent, quod & ita pari conſilio & communi voluntate fecerunt. Dedit igitur præfatus epiſcopus & abbas Samuel jam dicto Gunzoni presbitero in *pago Wormat.* in villa *Bentritesheim* jurnales jj de terra arabili, e contra dedit denominatus Gunzo presbiter præfato epiſcopo in eodem pago & eadem villa de terra arabili jurnales jj. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die idus Aprilis, anno Ludowici regis XV. Signum Samuelis 13. Apr. epiſcopi, qui hanc cartulam commutationis fieri juſſit.

MCLXXI.

Donatio Beregeri in Autmaresheim marca.

In Chriſti nomine ſub die VIII idus Julii, anno primo regnante Karolo imperatore, ego Bereger dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Autmaresheim* marca, ter- 8. Jul.

tertiam partem de omni re, quam tradidit mihi Huna ſoror mea, & quicquid ipſa in eadem villa viſa eſt habere, tam in terris, quam in manſis, pratis, aquis, ex omnibus tertiam partem dono &c.

MCLXXII.

Donatio Fridiulfi in Autersheim marca.

Ego in Dei nomine Fridiulf pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormat.* in *Autersheim* marca unum manſum in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c. Actum in monaſterio Lau-
28. Mart. riſſamenſi ſub die V kalendas Aprilis, anno XIIII regni Karoli regis.

MCLXXIII.

Donatio Haidrichi & Herradis in Otersheim marca.

28. Jul. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Auguſti, anno ſexto regni Karoli regis, nos pro Dei intuitu Haidrich & Herrat donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Otersheim* marca, jurnales ſex de terra aratoria in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, &c.

MCLXXIV.

Donatio Rudingi in Otresheim marca.

Nos in Dei nomine Rudinc & Biligart donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Otresheim* marca, unam vineam a die præſenti donamus &c. Actum
15. Mart. in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die idus Martii, anno IIII regni Karoli regis. Signum Rudingi & Biligardis, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt.

MCLXXV.

MCLXXV.

Donatio Gailae in Niuuora marca.

In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Junii, anno ſecundo regni Karoli regis, ego Gaila pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Niuuorà* marca manſum j a die præſenti dono, trado atque transfundo &c. 22. Maj.

MCLXXVI.

Donatio Bucconis & Ratberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno XXVII regni Karoli regis, nos pro Dei intuitu Bucco & Ratbrecht donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Niuuora* hubam unam ita, ut ab hoc die & deinceps in ipſo loco proficiat in augmentis &c. 24. Jun.

MCLXXVII.

Donatio Hadamundi in Blitersheim.

In Chriſti nomine ſub die XVI kalendas Julii, anno XIII regni Karoli regis, ego Hadamunt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat. in Blitersheim* marca jurnalem unum de terra aratoria a die præſente &c. 16. Jun.

MCLXXVIII.

Donatio Gerolfi in Erpholfesheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die XV kalendas Septembris, anno XXII regni Karoli regis, ego Gerolf & conjux mea Gailſuuint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat. in Erpholfesheim* marca unum pratum a die præſenti 18. Aug.

 dona-

Digitized by Google

donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c.

MCLXXIX.

Donatio Hermenfridi in eodem vico.

25. Apr. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Maji, anno XIIII regni Karoli regis, ego Hermenfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Erpholfesheim* marca, vineam unam in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hermenfridi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit.

MCLXXX.

Donatio Williberti in eodem vico.

24. Jun. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno primo regni Ludowici regis, ego Willebrath pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Erpholfesheim* marca j pratum a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii dono &c.

MCLXXXI.

Donatio Gislildis in Appinſtein marca.

Ego in Dei nomine Gislild dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Appinſtein* marca tertiam partem de jurnali &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi
30. Mart. ſub die tertia kalendas Aprilis, anno I regni Karoli regis.

MCLXXXII.

MCLXXXII.

Donatio Haigeri in Frittenheim marca.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Aug. anno XV regni Pippini regis, ego Haiger pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. rem meam in *pago Wormat.* in *Frittenheim* marca, unum pratum a die præſenti &c. 27. Jul.

MCLXXXIII.

Donatio Rotbaldi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Julii, anno XI regni Karoli regis, ego Rotbalt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Frittenheim* marca, jurnales v de terra aratoria &c. 28. Jun.

MCLXXXIV.

Donatio Bertradis & Ratmundi in Frutenheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die III idus Martii, anno ſexto regni Karoli regis, ego Bertrath & filius meus Ratmund donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Fruttenheim* marca jurnales xij de terra aratoria & in *Azzulenheim* marca vineam unam &c. 13. Mart.

MCLXXXV.

Donatio Bettonis & Reginfridi in eodem vico.

Nos in Dei nomine Betto & Reginfrid pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Frittenheim* marca, quinque jurnales de terra & duas petiolas de vinea &c.

MCLXXXVI.

Donatio Teugardis & Crodoldi in eodem vico.

28. Febr. In Chriſti nomine ſub die II kal. Martii, anno quinto regni Karoli regis, ego Teutgart & filius meus Crodolt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c, in pago Wormat. in *Frittenheim* manſum cum caſa deſuper & curia & campis & pratis, & in *Turincheim* marca unum manſum de terra aratoria & vineis, & in *Witzun* marca unum manſum de terra aratoria & prata & ſilvas & quidquid in locis denominatis habere viſi ſumus, & tria mancipia, his nominibus: Luitfrit & Conjux ſua Motilane & Willihild a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus &c.

MCLXXXVII.

Donatio Willemari & Adalindis in Heimradesheimer marca.

Ego in Dei nomine Willemaras & conjux mea Adalind donamus pro remedio animarum noſtrarum ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Heimradesheim* marca x jurnales de terra a die præſenti &c. Actum in mo-
1. Nov. naſterio Lauriſſamenſi ſub die kalendas Novembris, anno X regni Karoli regis.

MCLXXXVIII.

Donatio Hattonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Hatto pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Heimradesheim* marca, vineam unam a die præſenti &c. Actum
31. Jul. in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die II kalendas Auguſti, anno V regni Karoli regis.

MCLXXXIX.

Digitized by Google

MCLXXXIX.

Donatio Alaheri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Alaher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Heimradesheim* marca, unam vineam &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die idus Martii, anno XIIII regni Karoli regis. 13. Mart.

MCXC.

Donatio Vulfridi in Heimradisheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Februarii, anno IIII regni Karoli regis, ego Vulfrid dono pro anima Gailanæ rem ſuam, quam ipſa mihi tradidit, ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Heimradesheim* marca, dimidiam vineam a die præſenti &c. 1. Febr.

MCXCI.

Donatio Luitſuuindi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Octobris, anno IIII regni Karoli regis, ego Luitſuuind pro remedio animæ Hattonis, filii mei, dono ad ſanctum Nazarium martyrem, in pago Wormat. in *Heimradesheim* marca de terra aratoria jurnales xxxjx & in eadem marca manſum unum & vineam unam & jurnalem unum de terra arabili & dimidium &c. 5. Oct.

MCXCII

Donatio Liutgis & Willeradis in Brunheim.

Nos in Dei nomine Liutgis & conjux mea Willerat pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Brunheim* unam vineam ac

Digitized by Google

prata ad duas carradas, & quidquid in *Loneſheim* habere viſi ſumus de terra aratoria, & in *Heimradesheim* unam vineam, vel quidquid in ipſis marcis ſupradictis habuimus vel deinceps elaborare poterimus &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi
20. Maj. ſub die XIII kalendas Junii, anno XXIIII Karoli regis.

MCXCIII.

Donatio Wodelgeri.

Ego in Dei nomine Wodelger & conjux mea Willegart donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Heimradesheim* marca, quidquid ibidem habere viſi ſumus in manſis, campis, pratis, vineis, ſilvis, aquis. Similiter & in *Gommirsheim* marca donamus manſum & triginta tres jurnales de terra aratoria & unum pratum ad quinque carradas ſeni & unam vineam &c. Actum in monaſterio Lau-
21. Sept. riſſamenſi ſub die XI kalendas Octobris, anno III regni Karoli regis.

MCXCIV.

Donatio Aniberti in Gautzoldesheimer marca.

Ego in Dei nomine Anibertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Gautzoldesheim* marca curtim unam & vineam a die præſenti &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore, anno IIII regni Karoli regis.

MCXCV.

Donatio Radboldi & Teuſuindis in Walahaſtat.

Anno quinto decimo regnante Pippino rege, ego Ratboldus & uxor mea Teutſuind donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* quidquid in *Walahaſtat* habere videmur in manſis, campis, pratis, vineis, aquis &c.

MCXCVI.

Digitized by Google

MCXCVI.

Donatio Geroldi in Agridesheimer marca.

Ego in Dei nomine Gerolt pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Agridesheim* marca, & in *Cogrisheim*, quidquid ibidem de terra arabili habere videor &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die IIII nonas Martii, anno primo Karoli regis. 4. Mart.

MCXCVII.

Donatio Waningi & conjugis ejus Winiſuindis in Agridesheim marca.

Anno duodecimo regni Pippini regis, ego in Dei nomine Waningus & conjux mea Winiſuindis dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Agridesheim* marca, unum manſum de terra aratoria jurnales decem & pratum & de alia terra dimidium jurnalem &c.

MCXCVIII.

Donatio Reginheri & Thotae in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno primo regni Karoli regis, ego Reginherus & conjux mea Thota pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Agrisdesheim* marca manſum & de terra aratoria ſex jurnales & duo prata a die præſenti &c. 1. Jun.

MCXCIX.

Donatio Bernhardi.

In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Junii, anno nono regni Karoli regis, ego Bernhard dono ad ſanctum Nazarium 29. Maj.

rium

rium martyrem &c. in *pago Wormat.* inter *Rodenbach* & inter *Quirnheim* marcam xjj jurnales & unum manſum &c.

MCC.

Donatio Welandi & Erchentrudis in Quirnheimer marca.

26. Apr. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Maji, anno X regni Karoli regis, ego Welant & conjux mea Erchendrut donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Quirnheim* marca unum jurnalem de terra &c.

MCCI.

Donatio Iſneri presbiteri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Isner presbiter dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Quirnheim* marca IIII jurnales de terra arabili &c. Actum in monaſterio Lau-
26. Apr. riſſamenſi ſub die VI kalendas Maji, anno XIIII regni Karoli regis.

MCCII.

Donatio Egisheri.

Ego in Dei nomine Egisher pro remedio animæ meæ, ſeu anima patris mei Rutheri & fratris mei Rutuuini dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Quirnheim* unum manſum & octo jurnales &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi anno XIII regni Ludowici imperatoris.

MCCIII.

Digitized by Google

MCCIII.

Donatio Herleboldi & Reinhardi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die XVI kalendas Aprilis, anno quarto regni Karoli regis, nos pro Dei intuitu Herlebold & Reginhart donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Quirnheim* marca, vineam unam & jurnalem j a die præſenti &c. 17. Mart.

MCCIV.

Donatio Egilolfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Egilolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Gozinesheim* j manſum & in *Quirnheim* xvjj jurnales de pratis & de terra aratoria &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die II idus Junii, anno trigeſimo ſexto regni Karoli regis. 12. Jun.

MCCV.

Donatio Iſinarii in eodem vico & in Riſſulvesheim.

Ego in Dei nomine Iſinarius pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Quirnheim* marca eccleſiam, quæ conſtructa eſt in honore beatæ Dei genitricis Mariæ & ſancti Martini, & curtim cum vineis & terris aratoriis & pratis, vel quidquid ibidem habere videor, ſimiliter in *Riſſulvesheim* marca quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, omnia a die præſenti in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XI kalendas Junii, anno III regni Karoli regis. 22. Maj.

MCCVI.

Donatio Hubrechti & Raginmundi in pago Wormatienſi.

27. Aug. In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Septemb. anno ſexto regni Karoli regis, nos pro Dei intuitu Hubrecht & Ragimund donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. jurnales triginta de terra aratoria a die præſenti &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Hubrecht & Ragimund.

MCCVII.

Donatio Heruuini in Bruniheimer marca.

Ego in Dei nomine Heruuin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Bruniheim* marca unum manſum & tres vineas, & quidquid ibidem habere viſus ſum
13. Jun. &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die idus Junii, anno XXX regni Karoli regis. Signum Heruuin, qui hanc donationem fieri & firmari rogavit.

MCCVIII.

Donatio Gozhelmi in Munnesheimer marca.

Ego in Dei nomine Gozhelm dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Munnesheim* marca in loco nuncupato *Maſanza* j vineam dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die & tempore quo ſupra. Signum Gozhelmi, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit.

MCCIX.

MCCLX.

Donatio Erolſi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Erlolf, ſub die IIII nonas Martii, anno XXIIII regni Karoli regis, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Munnesheim* marca, unum manſum & triginta jurnales de terra aratoria & quatuor peciolas de vinea, & mancipia his nominibus: Zeizluib & liberi ejus, Richolf, Liubrecht, Lambrecht & Ratgart &c. 4. Mart.

MCCX.

Donatio Erlwini & Rugangi in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die XIIII kalendas Decembris, anno ſexto regni Karoli regis, ego Erluuin & Rugane donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Münnesheim* marca, tres vineas & manſum unum & jurnalem unum &c. 18. Nov.

MCCXI.

Donatio Hirminolſi, in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Januarii, anno ſeptimo regni Karoli regis, ego Hirminolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Munnesheim* marca unam vineam &c. 27. Dec.

MCCXII.

Donatio Ingildani & Rudolſi in eodem vico.

Ingildan & Rudolf tradiderunt ad ſanctum Nazarium martyrem vineam unam in *Munnesheim* marca, pro remedio Eigefridi. Iſti ſunt teſtes, Heldolf, Ardolt, Salachus, Rambrecht, Lambrecht, Luitero.

MCCXIII.

Donatio Waninchi in eodem vico.

28. Sept. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Octobris, anno XXI regni Karoli regis, ego Waninc dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Munnesheim* marca, unum jurnalem de terra aratoria &c.

MCCXIV.

Donatio Gunberti & Albſuuindae in Muthaha marca.

Nos in Dei nomine Gunbertus & Albſuuind donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Mutaha* marca, quidquid ibidem habere viſi ſumus, & in *Rodenbach*, quidquid de pratis habuimus &c. Actum in mona-
8. Jun. ſterio Lauriſſamenſi, ſub die VI idus Junii, anno X regni Karoli regis.

MCCXV.

Donatio Hirminae in Aſſloheim.

Ego in Dei nomine Hirmina dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Aſſloheim* marca, unum manſum & ſex jurnales de terra aratoria &c. Actum in mo-
11. Jun. naſterio Lauriſſamenſi, ſub die III idus Junii, anno nono Karoli regis.

MCCXVI.

Donatio Warmundi in eodem vico.

29. Mart. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Aprilis, anno X regni Karoli regis, ego Warmund dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Aſſloheim* marca, curtim unam cum pomario &c.

MCCXVII.

Digitized by Google

MCCXVII.

Donatio Liutſuuindis, in Waſisſtater marca.

In Chriſti nomine ſub die II kalendas Octobris, anno XX regni Karoli regis, ego in Dei nomine Liutſuuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. *in pago Wormat.* in *Waſiſtat* marca quidquid ibidem habere viſus ſum, in manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, domibus, omnia a die præſente dono &c. 30. Sept.

MCCXVIII.

Donatio Liutſuuindis, in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Octobris, anno XII regni Karoli regis, ego Liutſuuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Waſiſtater* marca, manſum unum & de terra aratoria jurnales xxx, & terram ad vineam faciendam &c. 26. Sept.

MCCXIX.

Donatio Richeri, in eadem villa.

Ego in Dei nomine Richerus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Waſiſtater* marca, vineam unam & dimidium jurnalem, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XII kalendas Martii, anno quinto regni Karoli regis. Signum Richeri, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. 18. Febr.

Digitized by Google

MCCXX.

Donatio Bertradis in Weſiſtater marca.

23. Jan. Ego in Dei nomine Berchtrat, ſub die X kalendas Februarii, anno VIIII regni Karoli regis, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Weſiſtater* marca, decem jurnales, a die præſenti &c.

MCCXXI.

Donatio Morichonis & Bertradis.

In Chriſti nomine, ego Moricho & conjux mea Berhtrat pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Weſiſtater* marca, manſum unum, & in eadem marca jurnales centum de terra aratoria, cum campis, paſcuis, aquis, ad integrum &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, anno quarto regni Karoli regis. Ego Moricho & Berhtrat, qui hanc donationem fecerunt & firmari rogaverunt.

MCCXXII.

Donatio Egilswindae in eadem marca.

12. Jun. In Chriſti nomine, ſub die pridie idus Junii, anno decimo Karoli regis, ego Egilſuint dòno pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Weſiſtater* marca, quicquid ibidem habere viſa fui in manſis, campis, pratis, paſcuis, vineis, ſilvis, terra culta & inculta, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum proficiat in augmentis. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra.

MCCXXIII.

Digitized by Google

MCCXXIII.

Donatio Engildrudis in Agmarſheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Sept. anno XV regni Karoli regis, ego Engiltruth pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duas vineas in *pago Wormat.* in *Agmarſheim* marca, perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Sept.

MCCXXIV.

Donatio Gerhardi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die quinta kalendas Octobris, regnante Pippino rege, ego Gerhart, pro anima Geroldi, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Agmarſheim* marca, vineam unam perpetualiter ad poſſidendum &c. 27. Sept.

MCCXXV.

Donatio Iſinleici, Helmberti & Helmbaldi.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Septembris, anno III regni Karoli regis, ego Iſinlech & filii mei Helmbertus & Helmbaldus, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Agmarſheim* marca, vineam unam in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus &c. 1. Sept.

MCCXXVI.

Donatio Gundradis in Aſcmundesheim.

In Chriſti nomine ſub die kalendis Junii, anno XV regni Karoli regis, ego Gundrad nona dono pro animæ meæ remedio donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, ad monaſterium ſancti Nazarii, quod vocatur Lauriſſa, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, 1. Jun.

detur, de terra aratoria jurnales XVI *in pago Wormat.* in *Aſcmundesheim* marca &c.

MCCXXVII.

Donatio Gundradis in eodem vico.

1. Sept. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Sept. anno III regni Karoli regis, ego Gundradus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam & xx jurnales de terra in *Aſcmundesheim* &c.

MCCXXVIII.

Donatio Wicperti & Theudradae conjugis ejus.

4. Maj. In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Maji, annò XVI regni Pippini regis, ego Wicpertus & conjux mea Theudrada donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Aſcmundesheim* marca, vineas duas &c.

MCCXXIX.

Donatio Rotlindis in eodem vico.

6. Mart. In Chriſti nomine ſub die II nonas Martii, anno XV regni Pippini regis, ego Rotlindis dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Aſcmundesheim* marca, quicquid ibidem habere viſa ſum, tam in terris quam in vineis &c.

MCCXXX.

Donatio Erchenberti in Hildebotesheimer marca.

Ego in Dei nomine Erchenbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Hildebodesheimer* marca, unum agrum perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die &

& deinçeps ad ipſum locum proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XV kalendas Sept. anno IIII Karoli regis. 18. Aug.

MCCXXXI.

Donatio Liudhardi & Meinhardi in Heſſinheim.

Nos in Dei nomine Liudhardus & Meinhardus donamus donatumque in perpetuum eſſe volumus ad monaſterium, quod conſtructum eſt in honore ſancti Nazarii, quod nobis tradidit Gerhardus in villa *Heſſenheim*, id eſt, dimidietatem omnium bonorum ſuorum, excepta j baſilica & uno mancipio, cætera omnia, quæ habere viſus eſt in terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, in jus & dominationem ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III kalendas Sept. anno XI regni Karoli regis. 30. Aug.

MCCXXXII.

Donatio Heimberti & Hattae conjugis ejus.

Nos in Dei nomine Heimbertus & conjux mea Hatta, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Heſſenheim*, unum manſum &c.

MCCXXXIII.

Donatio Nantgeri in eadem villa.

Ego in Dei nomine Nantger pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in pago Wormat. in villa nuncupata *Heſſinheim*, quidquid in eadem marca, & in *Landmundesheim*, & in *Meriskero* marca, proprietatis habere videor, tam in terris, manſis, vineis, pratis, paſcuis,

perviis, aquis, & in *Haſmachgauue* in villa, quæ dicitur *Curtriza*, hubas jj & quidquid ad ipſas hubas pertinet, & mancipia xjjjj, in jus & dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi anno Dominicæ incarnationis DCCCXLVII, regni Ludowici regis VII, ſub die IX
23. Apr. kalendas Maj.

MCCXXXIV.

Donatio Erlewini in Baldolfesfelde.

29. Jun. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Julii, anno quinto regni Karoli regis, ego Erleuuin & conjux mea Berchtrad donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Baldolfisfelde*, quidquid ibidem de ſilva habere viſi ſumus, & in *Hulvinisheim* marca de terra aratoria, campis, ſilvis, paſcuis, omnia a die præſente donamus &c.

MCCXXXV.

Donatio Crotheri in eodem vico.

4. Aug. In Chriſti nomine ſub die II nonas Auguſti, anno III regni Karoli regis, ego Crotherus pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Baldolfisfelde* marca, ſilvam unam &c.

MCCXXXVI.

Donatio Suifferi in Guntrammesheim.

Ego in Dei nomine Suifferus dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *pago Wormat.* in loco, qui dicitur *Baldolfisfelde*, de illa ſilva communi, quantum jure hereditario ad me pertinere videtur, & in *Omnisheim* & in *Guntrammesheim* & in *Mettenheim*, quidquid in eisdem locis poſſidere videor,

videor, tam in terris, vineis, pratis, campis, paſcuis, ſilvis &c.

MCCXXXVII.

Donatio Adalhelmi in Gozolvesheim.

Ego in Dei nomine Adalhelm & conjux mea Hilda pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Gozolvesheim* marca, manſum unum & tres jurnales de terra aratoria &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die II idus Junii, anno XXXIIII regni Karoli regis. 12. Jun.

MCCXXXVIII.

Donatio Rodaccari in eodem vico.

Ego in Dei nomine Rodaccar, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Gozoluesheim*, unum manſum cum caſa & curia & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur, in Dei nomine, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III idus Decembris, anno XXIII regni Karoli regis. 11. Dec.

MCCXXXIX.

Donatio Irmindrudis in Gozinesheim.

Ego in Dei nomine Irmindrut pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in pago Wormat. in *Gozinesheim* marca, x jurnales de terra aratoria in jus & dominium ſancti Nazarii dono &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die II idus Octobr. anno XXVII regni Karoli regis. 14. Oct.

MCCXL.

Donatio Frutheri in eodem vico.

6. Mart. In Chriſti nomine, ſub die II nonas Martii, anno XXII regni Karoli regis, ego Fruther dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Gozinesheim* marca, xjjj jurnales, & in *Babenheim* jj jurnales de terra aratoria &c.

MCCXLI.

Donatio Sigewini in Gozinesheimer marca.

8. Jun. In Chriſti nomine ſub die VI idus Junii, anno nono regni Karoli regis, nos in Dei nomine Sigewinus & Fricho donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Gozenisheim* marca, xjj jurnales & duas partes de uno manſo, & unam vineam, & unam caſam, quod nobis Bilfrido tradidit, ut ad ſanctum N. traderemus &c.

MCCXLII.

Donatio Reginberti in Didinesheim.

Ego in Dei nomine Reginbertus, quod michi tradidit Humbertus, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. *in pago Wormat.* in *Tidinesheim* marca, unam vineam &c. Actum in
2. Mart. monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die VI nonas Martii, an. XXIII regni Karoli regis.

MCCXLIII.

Donatio Amalberti & Nandberti in eodem vico.

20. Mart. In Chriſti nomine ſub die XIII kalendas Aprilis, anno X Karoli regis, ego Amalbrecht & Nandbrecht donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vj jurnales in *pago Worm.* inter *Tinesheimer* marcam & *Aslaher* marcam, & in *Turincheim* unam vineam &c.

MCCXLIV.

Digitized by Google

MCCXLIV.

Donatio Rudolfi in Bercheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Novemb. anno XVI Pippini regis, ego Rudolfus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Dei martyrem Nazarium &c. in *pago Worm.* in *Bercheim* marca, ſervum unum & quicquid idem ſervus habere viſus eſt, & unam vineam &c. 1. Nov.

MCCXLV.

Donatio Rinoldi Wiſogozi in Dutenheim.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Octobr. anno XIII Karoli regis, nos in Dei nomine Rinold & Wiſogoz, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Dutenheim* marca, unum manſum & xxx jurnales de terra aratoria &c. 20. Sept.

MCCXLVI.

Donatio Otrici & Heilaci in Mulinheimer marca.

Nos in Dei nomine Otrich & Heilachſuind donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in villa nuncupata *Mulinheim*, manſum unum cum hoba ſua & duas vineas & quicquid ad ipſum manſum pertinet &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XI kalendas Junii; anno XII Ludowici imperatoris. Signum Otrich & Heilacſuind. 22. Maj.

MCCXLVII.

Donatio Willihildis in Mulinheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die V kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Willihild pro remedio animæ meæ dono 28. Maj.

ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Mulinheim* marca, jurnalem unum & dimidium &c.

MCCXLVIII.

Donatio Hordolfi in Rodunbach.

28. Nov. In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Decemb. anno ſecundo Ludowici imperatoris, ego Hordolf pro anima Herigiſi dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Rodunbach*, jurnalem unum &c.

MCCXLIX.

Donatio Herioldi in Rodenber marca.

Ego in Dei nomine Heriold dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod mihi tradidit Irmingart in pago Wormat. inter *Rodenber* marcam, & *Quirnheimer* marcam, jj jurnales de terra &c.

MCCL.

Donatio Odolfridi in eadem marca.

1. Oct. In Chriſti nomine ſub die kalendas Octobr. anno ſecundo Karoli regis, ego Odolfrid dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Rodenbach* marca, manſum j cum caſa & curia &c.

MCCLI.

Donatio Giſelberti in Rodenbacher marca.

29. Jun. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Julii, anno quinto Karoli regis, ego Giſelbrecht dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Rodenbacher* marca, jurnales jjj de terra aratoria &c.

MCCLII.

MCCLII.

Donatio Brunichonis in Duncinesheimer marca.

Ego in Dei nomine Brunicho dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Duncinesheim* marca, xj jurnales de terra & dimidium manſum & unam vineam &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XV kalendas Febr. anno XIIII. Karoli regis. Signum Brunicho, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. 18. Jan.

MCCLIII.

Donatio Bilifridi in Gauzwinesheim.

In Chriſti nomine anno VI Karoli regis, ego Bilifridus pro remedio animæ Winiman, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Meltridesheim* marca, & in *Gautzwinesheim* de terra aratoria jurnales decem &c.

MCCLIV.

Donatio Baldradis in Meldrisheim marca.

In Chriſti nomine ſub die menſis Julii, anno III Karoli regis, ego Baldrad, pro remedio animæ genitricis meæ Rimiſuindæ, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Meldrisheim* marca, vineam unam & dimidium jurnalem de terra aratoria &c.

MCCLV.

Donatio Sigehardi in Naraheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno tertio Karoli regis, ego Sigehardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Nara-* 1. Jun.

heim

heim marca, locum ad vinneam faciendam in fluvio *Nauua*, & portionem meam de ſtirpo &c.

MCCLVI.

Donatio Herpheri in Eberolfesheimer marca.

29. Apr. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Majj, anno XVI Pippini regis, ego Herpher pro animæ meæ remedio, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Eberolfesheim* marca, manſum unum & de terra aratoria jurnales octo & pratum unum &c.

MCCLVII.

Donatio Guntſladi in Eberolfesheimer marca.

29. Sept. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Octobr. anno III Karoli regis, ego Gunthflath pro remedio animæ filii mei Rudolfi, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Eberolfesheim* marca, unum manſum &c.

MCCLVIII.

Donatio Rathdrudis in eodem vico.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno tertio Karoli regis, ego Ratdrud pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Eberolfesheim* marca, jurnales duos de terra aratoria &c.

MCCLIX.

Donatio Jacobi in Kricesheim.

Ego in Dei nomine Jacob, pro remedio animæ genitricis meæ Waddanæ, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Kreicesheim* marca vineam unam &c.

MCCLX.

Digitized by Google

MCCLX.

Donatio Lexdradi & Adalſuindis in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VII idus Januarii, anno nono Karoli regis, ego Lexdrat & conjux mea Adalſuind, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Kreikesheim* marca, vineam unam, in Dei nomine, perpetualiter ad poſſidendum &c. 7. Jan.

MCCLXI.

Donatio Richeri in Kreikesheim.

In Chriſti nomine ſub die nonas Aprilis, anno quinto decimo Pippini regis, ego Richerus pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Kreikesheim* marca, vineam unam &c. 5. Apr.

MCCLXII.

Donatio Odolfridi in Landrisheimer marca.

Ego in Dei nomine Odolfrid pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum molendinum & x jurnales de terra aratoria in *pago Wormat.* inter *Landrisheim* & *Offenſtein* &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore quo ſupra, anno tertio Karoli regis.

MCCLXIII.

Donatio Willeſuindis in Lendrichesheim.

Ego in Dei nomine Williſuind dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Lendrichesheim* marca, unum manſum & quindecim jurnales de terra aratoria vel quidquid ibidem habere viſa fui &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi VIII kalendas Julii, anno XXXIII Karoli regis. 24. Jun.

MCCLXIV.

Donatio Irminheidis & Erkanbaldi in Folchesheim

Ego in Dei nomine Irminheith & filius meus Erkanbalt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Folkesheim* marca, vineam unam & unum jurnalem de terra aratoria &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub
11. Jun. die III idus Junii, anno XXVIII Karoli regis.

MCCLXV.

Donatio Sueidingi & Rathdrudis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Sueidinc & uxor mea Ratdrud, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Folkesheim* marca, quidquid ibidem habere viſi ſumus in pratis, ſilvis, vineis, manſis, campis & terra aratoria in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, anno XIIII Karoli regis.

MCCLXVI.

Donatio Gerhardi in eodem vico.

In Dei nomine Gerhardus pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Folchesheim* xv jurnales de terra & unam hubeſtath & quidquid ibidem habere viſus ſum, in terris, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, vineis &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die
15. Apr. XVII kalendas Maj, anno XIIII Karoli regis.

MCCLXVII.

Digitized by Google

MCCLXVII.

Donatio Folcardi in Wellingesheimer marca.

Ego in Dei nomine Folchardus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Welingesheim* marca, vineam unam & illam terram, quæ juxta illam vineam eſt &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XII kalendas Julii, anno ſecundo Karoli regis. 20. Jun.

MCCLXVIII.

Donatio Madalleici in Wellingesheimer marca.

Nos in Dei nomine Madalleich & Freuleich donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Wellingesheim* marca, jurnales vj de terra aratoria, & quatuor vineas &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die XII Februarii, anno XIIII Karoli regis. 21. Jan.

MCCLXIX.

Donatio Benrici & Adalberti in Harawesheim.

Nos in Dei nomine Adalbertus & Bernrich donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Harauuesheim* marca, manſum unum & jurnalem xvj &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die VIII kalendas Maj, anno XXII Ludewici imperatoris. 24. Apr.

MCCLXX.

Donatio Adalberti & Benrici in Harawesheim.

Nos in Dei nomine Adalbertus & Bernrich donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Hareuuasheim* marca manſum j & de terra arabili jurnales xv &

 quid-

quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur &c. Actum in
24. Apr. monaſterio Lauriſſamenſi ſub die VIII kalendas Maj, anno XXV Ludowici imperatoris.

MCCLXXI.

Donatio Racheri in Kircheimer marca.

10. Oct. In Chriſti nomine ſub die VI idus Octobris, anno VII Karoli regis, ego Racher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Kyrcheim* marca manſum unum &c.

MCCLXXII.

Donatio Bobbonis in eodem vico.

11. Apr. In Chriſti nomine ſub die III idus Aprilis, anno XIII Pippini regis, ego Bobbo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Kyrcheim* marca, in Dei nomine &c.

MCCLXXIII.

Donatio Heriwigi in Graulfesheimer marca.

Ego in Dei nomine Heriwig dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Graulfesheim* marca v jurnales de terra in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub
27. Mart. die VI kalendas Aprilis, anno XIV Karoli regis.

MCCLXXIV.

Donatio Godoldi in eodem vico.

25. Febr. In Chriſti nomine ſub die V kalendas Martii, anno quarto Karoli regis, ego Godolfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Graulfesheim* marca, jurnales tres a die præſente &c.

MCCLXXV.

MCCLXXV.

Donatio Irinberti in Mundisheim.

Ego in Dei nomine Irmbrecht dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in *Mundinheim* marca j manſum in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die V kalendas Julii, anno ſecundo Karoli regis. 27. Jun.

MCCLXXVI.

Donatio Luitfridi in Heichinlocher marca.

Ego in Dei nomine Liutfrid, pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in villa, quæ dicitur *Heichinloch*, j manſum & triginta jurnales de terra aratoria & de vineis unum jurnalem & dimidium, & quidquid ad ipſum manſum aſpicere videtur in Dei nomine perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die VIII idus Sept. anno XI 6. Sept.
Ludowici imperatoris.

MCCLXXVII.

Donatio Nortberadi in Walaheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Novemb. anno XI 25. Oct.
Karoli regis, ego Nortberath dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in *pago Wormat.* in *Walaheim* marca, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c.

Digitized by Google

MCCLXXVIII.

Donatio Theutardi in eodem vico.

30. Jun. In Chriſti nomine ſub die II kalendas Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Theuthardus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Walaheim* marca, in Dei nomine &c.

MCCLXXIX.

Donatio Rocberti in Iminisheimer marca.

11. Jun. In Chriſti nomine ſub die III idus Junii, anno XI Karoli regis, ego Rocbertus & Herrath donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Imminesheim* marca, xvj jurnales de terra aratoria & jurnalem unum in *Roſſunga* marca, in Dei nomine &c.

MCCLXXX.

Donatio Willeſuuindis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Willeſuuinda dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Imminisheim* marca, pratum unum, & in *Araisheim* marca, de terra aratoria jurnales jjjj in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, anno quarto Karoli regis.

MCCLXXXI.

Donatio Rodingi in eadem marca.

29. Jun. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Julii, anno nono Karoli regis, ego Rodingus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Imminesheim* marca, unum manſum & vineas quatuor & quidquid in ipſa marca habere viſus ſum &c.

MCCLXXXII.

Digitized by Google

MCCLXXXII.

Donatio Eburgrimmi in Guntmaresheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die XVII kalendas Maj, anno VIII Karoli regis, ego Eburgrim dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Guntmaresheim* quinque jurnales de terra in Dei nomine &c. 15. Apr.

MCCLXXXIII.

Donatio Sigileici in Seiheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Auguſti, anno VI Karoli regis, ego Sigilech & Malboto donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wormat.* in *Seheimer* marca, jurnales xxx jjj in Dei nomine &c 29. Jul.

MCCLXXXIV.

Donatio Sicgerni in Ludolfesfelde.

Ego in Dei nomine Sicgern venerabili Adalungo abbati de monaſterio Laureſſam vendidi, omnem dimidietatem proprietatis meæ in *pago Wormat.* in *Ludolfesfelde*, quidquid ibidem habere viſus ſum, unde & ab ipſo accepi in pretio libras argenti xxx, ea ſcilicet ratione, ut ad ipſum locum ſemper proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die anno XII Ludowici imperatoris.

MCCLXXXV.

Donatio Norberti in Tribunisheim & in Guilebisheimer marca.

Ego in Dei nomine Nortbertus dono pro animæ meæ remedio ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in

in *Tribunisheim* marca, & in *Guileubisheim*, quidquid ibidem habere videor in manſis, campis, pratis, paſcuis, aquis, omnia a die præſenti &c. Actum in *Wormat.* ſub die pridie idus
12. Dec. Decembris, anno III Karoli regis.

MCCLXXXVI.

Donatio Selfnuini in Othenheimer marca.

12. Jun. In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno quinto Karoli regis, ego Selfniu pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duas vineas in *pago Wormat.* in *Otenheimer* marca &c.

MCCLXXXVII.

Donatio Amichonis in Linunga marca.

Ego in Dei nomine Amicho trado ad ſanctum Nazarium martyrem &c. donatumque in perpetuum eſſe volo & promptiſſima voluntate confirmo, hoc eſt, in *pago Wormat.* in *Linunga* marca, de ſilva, quidquid ad ipſam villam de mea ſilva pertinere videtur, & terram, ubi ipſa ſilva ſtare dinoſcitur &c.
30. Jun. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi ſub die II kalendas Julii, anno XII Caroli regis.

MCCLXXXVIII.

Donatio Rohtberti in Aolfesheimer marca.

Ego in Dei nomine Rotbertus venerabili Helmerico abbati de monaſterio Lauriſſamenſi vendidi in *pago Wormat.* in *Aolfesheim* marca, quidquid ibidem habere viſus ſum, in terris, campis, pratis, ſilvis, aquis, excepto uno prato, unde accepi ab ipſo in precio duas libras argenti & ipſam rem in præſenti tradidi in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
7. Mart. nonas Martii, anno XX Caroli regis. MCCLXXXIX.

MCCLXXXIX.

Donatio Hunolfi in Folchesheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno XIIII Karoli regis, ego Hunolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Folkesheim* marca unum manſum, & quidquid ibidem habere viſus ſum, in terris, ſilvis, vineis, aquis &c. 12. Jun.

MCCXC.

Donatio Frideberti & Eburacari in Juwilenheimer marca.

Nos in Dei nomine Fridebrecht & Eburacar donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Juwilenheim* marca, decem jurnales de terra aratoria &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die III nonas Septembris, 3. Sept. anno XXVII Caroli regis.

MCCXCI.

Donatio Hildeberti & Fartmanni in Tornunga marca.

In Chriſti nomine ſub die VII idus Maj, anno XVIII Caroli 9. Maj. regis, ego Hildebrecht & Fartman & Wartman donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Tornunga* marca, terram ad prata & ſilvas faciendam &c.

MCCXCII.

Donatio Ceciliae in Cuningeroheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Junii, anno XXXVI Ca- 2. Jun. roli glorioſi imperatoris, ego Cecilia dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. hoc eſt in *pago Wormat.* in *Cuningeroheim* marca jjj jurnales de terra aratoria &c.

Digitized by Google

MCCXCIII.

Donatio Helmgauzi in Flanheimer marca.

28. Febr. In Chriſti nomine ſub die II kalendas Martii, anno primo Caroli regis, ego Helmgauz dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Flanheim* marca, jurnales v de terra aratoria &c.

MCCXCIV.

Donatio Adelberti in villa quae dicitur Riom.

1. Nov. In Chriſti nomine ſub die kalendas Novembris, anno III Karoli regis, ego Adelbrecht dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in *pago Worm.* in villa, quæ *Riom* dicitur &c.

MCCXCV.

Donatio Hiltibaldi in Wanandorpher marca.

Ego in Dei nomine Hiltibald & conjux mea Wieltrud donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum unum & unum mancipium in *Wanandorpher* marca, in loco nuncupato *Hildebaldeshus*, & totum collaboratum noſtrum & quidquid in varia ſuppellectili habere viſi ſumus, in auro, argento, in veſtimentis & in aliis utenſilibus, in peccoribus, vel in quacunque re aliquid poſſeſſionis noſtræ eſſe dinoſcitur, donamus perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.

MCCXCVI.

Donatio Aldrici & Ruperti in Widergiſa.

23. Oct. In Chriſti nomine ſub die X kalendas Novemb. anno primo Karoli regis, ego Aldrichus & filius meus Rubertus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum & quicquid

quid filius meus habere viſus eſt in *Widergiſa* in *Arilbach* marca, in campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, terra aratoria &c.

MCCXCVII.

Donatio Crotberti in Aſchininbrunner marca.

In Chriſti nomine ego Crotbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in loco nuncupato *Aſchininbrunir* marca, de omnibus, quæ habere videor, terciam partem in manſis, domibus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die & tempore VI nonas Julii, anno XV Pippini regis. 2. Jul.

MCCXCVIII.

Donatio Hildſuindae in Waccanheim.

Ego in Dei nomine Hildſwind dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in *Waccanheim* marca decem jurnales de terra aratoria &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die XIIII kalendas Junii, anno XIIII Karoli 19. Maj.
regis.

MCCXCIX.

Donatio Gunberti in Wachenheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Februarii, anno XII Ka- 2. Febr.
roli regis, ego Gunbertus & Rachbertus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Wacchenheimer* marca, quod Rachbertus dono pro anima Wicberti, quod ipſe mihi tradidit, ut ad ſanctum Nazarium traderem, quicquid ipſe in jam dicta marca habuit in terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, manſis, vineis, aquarumve decurſibus. Similiter ego Gunbertus dono, quicquid mihi genitor meus

Digitized by Google

Rihbertus moriens in hereditatem dereliquit, in terris, campis, pratis, paſcuis, perviis, manſis, aut vineis &c.

MCCC.

Donatio Fridegauzi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Fridegauz dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod mihi tradidit Immo & conjux ejus Rotlindis, id eſt, in *Wacchanheim* marca, quid ipſa Rotlindis ibidem habere viſa eſt, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
29. Aug. IIII kalendas Septemb. anno XIII Pippini regis.

MCCCI.

Donatio Gauuiſonis & Immonis in eadem marca.

Anno primo Karoli regis, ego Gauuiſo & filius meus Immo donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pro anima Gerolfi & Reginſuindæ in pago Worm. in *Wacchenheim* marca, manſum unum & quidquid ipſe Gerolfus ibidem habere viſus eſt, in terris, campis, pratis, paſcuis, vineis, aquis &c.

MCCCII.

Donatio Wildergozae ibidem.

Nos in Dei nomine Roduinus & conjux mea Wildergoza donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *Wacchenheim* mancipia ſex, curtim & manſum cum caſis, ædificiis & quicquid ibidem de terra habemus, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſa-
20. Mart. menſi, ſub die XIII kalendas Aprilis, anno XIIII Karoli regis.

MCCCIII.

Digitized by Google

MCCCIII.

Donatio Irminfridi in Wackeheim.

In Chriſti nomine ſub die V kalendas Septemb. anno ſecundo Karoli regis, ego Irminfrid dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Wackeheim* marca, duo mancipia his nominibus, Blitmar & conjux ſua Gibelint, & unum manſum & quidquid idem ſervus habere viſus fuit in terra aratoria & pratis & vineis &c. 28. Aug.

MCCCIV.

Donatio Feracheri.

Tradidit Feracher in *Lincanheim* manſum unum & jurnales quindecim.

Donatio Dymonis.

Tradidit Dimo in *Lincanheim* de terra arabili & inculta jurnales xx.

In Lincanheim.

Tradidit Hildefrid in *Lincanheim* jurnales duos.

In eadem villa.

Tradidit Fruduin in *Lincanheim* jurnales decem.

In Eccanſten.

Tradidit Harbo & Rutlind, quicquid habuerint in *Eccanſten.*

In Chnolingen.

Tradidit Ratbalt in *Chnolingen* marca jurnalem unum & dimidium.

In eadem villa.

Tradidit Hildifrid in *Chnolingen* jurnales ſex.

Digitized by Google

In eadem villa.

Tradidit Gunth & Rudolf in *Chnolingero* marca manſum j & hubam j.

In eadem villa.

Tradidit Guuine in *Tethanheim* ſubteriore manſum unum cum ædificiis.

In Tethanheim.

Tradidit Rihbertus in *Tethanheim* jurnales ſeptem.

In eadem villa.

Tradidit Richbertus presbiter in *Tethanheim* jurnales decem.

In ipſa villa.

Tradidit Gabo in *Frecanſtaten* de terra arabili dimenſa octoginta & jjjj jugeris, præter prata & ſilvam quæ dicitur *Naganlach.*

In Frecanſtaten.

Tradidit Tardbernus conjux ejus Luibniu in *Frecanſtat* manſum unum & jurnales xx & prata ad carradas v.

In Frecanſtat.

Tradidit Woluuin in *Huuinesheim* prata tria, ubi poteſt colligi de fœno ad carradas decem & octo.

MCCCV.

Donatio Giſelbaldi in Otinsheim.

Nos in Dei nomine Fridebald & Giſelbald donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in villa *Otinsheim*, unum manſum cum huba, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisheim anno octavo Ludowici imperatoris.

MCCCVI.

MCCCVI.

Donatio Baldheri in Suſenheim.

Ego in Dei nomine Baldher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Wormat.* in *Suſenheim* duos manſos de terra aratoria in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſam ſub die II nonas Julii, anno XII Karoli regis. 6. Jul.

MCCCVII.

Donatio Hildrudis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Hiltrud pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Suſenheim* marca, vineam unam &c. Actum in monaſterio Lauriſſam ſub die II idus Junii, anno X Ludowici imperatoris. 12. Jun.

MCCCVIII.

Donatio Hejonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hejo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Suſenheim* marca, quicquid ibidem mater mea habere viſa fuit, excepto uno manſo &c. Actum in monaſterio Lauriſſam, ſub die idus Martii, anno 15. Mart. tertio decimo glorioſiſſimi Karoli imperatoris.

MCCCIX.

Donatio Hunoldi & Irmindrudis in eodem vico.

Nos in Dei nomine Hunold & Irmindruth donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Suſenheim* marca, quicquid ibidem habere videmur, in manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis & in *Dinenheim*, excepto

cepto j manſo, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
15. Mart. Lauriſſamenſi, ſub die idus Martii, anno XIII Karoli regis.

MCCCX.

Donatio Helidghiſi ibidem.

22. Jul. Ego in Dei nomine Helidghiſus, ſub die XI kalendas Auguſti, anno IIII Karoli regis, dono ad ſanctum Nazarium &c. dimidium manſum & v jurnales & vineam j in *Suſenheim marca* &c.

MCCCXI.

Donatio Herladrudis in Suſenheimer marca.

Ego in Dei nomine Herladrud dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Suſenheim* marca, unum jurnalem &c. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die
28. Maj. quinta kalendas Junii, anno decimo Karoli imperatoris.

MCCCXII.

Donatio Helitghiſi & Bilidrudis in eodem vico.

12. Apr. In Chriſti nomine ſub die pridie idus Aprilis, anno XI Karoli regis, ego Helitghis & conjux mea Bilitrud donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in *pago Worm.* in *Suſenheim* marca, & in *Gernsheim*, quicquid ibidem habere videmur, in manſis, campis, pratis, paſcuis, perviis, ſilvis, aquis, vineis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta &c.

MCCCXIII.

Donatio Dudonis in Suſenheimer marca.

18. Mart. In Chriſti nomine ſub die XV kalendas Aprilis, anno XXII Karoli imperatoris, ego Dudo pro remedio animæ germani mei

mei Arnoldi, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod mihi tradidit ipſe Arnoldus, ut ad ſanctum Nazarium traderem in pago Wormat. in *Suſenheimer* marca, unum jurnalem &c.

MCCCXIV.

Donatio Laurentii in eadem marca.

In Chriſti nomine ſub die XVI kalendas Octobr. anno XI Karoli regis, ego Laurentius pro remedio animæ germani mei Salencii, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quod ipſe germanus meus mihi tradidit in pago Wormat. in *Suſenheim* marca, quidquid in ipſa marca viſus fuit habere in manſis, campis, vineis, ædificiis &c. 16. Sept.

MCCCXV.

Donatio Isnardi in Binger marca.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Aug. anno XV Pippini regis, ego Iſnardus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam, in *pago Wormat.* in *Binger* marca &c. 1. Aug.

MCCCXVI.

Donatio Hugonis in ſupra dicta marca.

Ego in Dei nomine Hugo, pro anima Leibolf, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Binger* marca unam vineam perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, ſub die VI kalendas Sept. anno XXI Karoli regis. 27. Aug.

Digitized by Google

MCCCXVII.

Donatio Waningi in Binger marca.

2. Febr. In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Febr. anno XXV Karoli regis, ego Wanunc dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Binger* marca &c.

MCCCXVIII.

Donatio Odolſuuindae in eadem marca.

28. Jun. In Chriſti nomine ſub die IIII kalendas Julii, anno IIII Karoli regis, ego Odolſuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duas vineas in pago Wormat. in *Binger* marca &c.

MCCCXIX.

Donatio Vodilmari & Reginſuuindae.

29. Apr. In Chriſti nomine ſub die III kalendas Maji, anno X Karoli regis, ego Vodolmar & conjux mea Raginſuind donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormat. in *Binger* marca &c.

MCCCXX.

Donatio Immae in Binger marca.

26. Jul. In Chriſti nomine ſub die VII kalendas Auguſti, regnante Karolo rege, ego Immina pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Wormat.* in *Binga* ad *Chamunder* marca, & quicquid ibidem habere viſa ſum in terris, campis, pratis, paſcuis &c.

MCCCXXI.

Digitized by Google

MCCCXXI.

Donatio Odolmari in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die IIII nonas Februar. anno XXV Karoli regis, ego Odolmarus pro anima Reginſuindæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Binger* marca &c. 2. Febr.

MCCCXXII.

Donatio Richolfi & Guttae conjugis ejus.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Januarii, anno VIII Karoli regis, ego Richolf & conjux mea Guta donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Worm.* in *Bingen*, & in *Aribimesheim*, & *Wendilsheim*, & *Laonisheim* quidquid ibidem habere viſi ſumus, in manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, & ædificium noſtrum *Aliſentia*, & v mancipia his nominibus: Liuther, Anſild, Bernher, Laonold, Gauzlindis &c. 25. Dec.

MCCCXXIII.

Donatio Eremberti in Wigenheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno III Karoli regis, ego Erembertus & germanus meus Salcho donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Worm.* in *Wigenheimer* marca, in monte, qui dicitur *Wizenberc*, dimidiam vineam &c. 12. Jun.

MCCCXXIV.

Donatio Adalgardis in Wigeheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die III nonas Maji, anno XV Pippini regis, ego Adalgart dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. 5. Maj.

Digitized by Google

&c. in pago Wormatienſe in *Wiginheim* marca, duas vineas &c.

MCCCXXV.

Donatio Unroci in eodem vico.

24. Jun. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno VI Karoli regis, ego Unroch dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in *Wigeheim* marca in pago Worm.

MCCCXXVI.

Donatio Sueidoldi & Ratſuuindis conjugis ejus.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno XV Karoli regis, ego Sueidolt & conjux mea Ratſuind donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in *Wigenheim* marca, in pago Worm. &c.

MCCCXXVII.

Donatio Mengoti in Bathenheimer marca.

20. Apr. In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Maji, anno XXVII Karoli regis, ego Mengoz dono ad ſanctum Nazarium &c. quatuor jurnales de terra arabili in *Batenheim* marca, in *pago Wormat.* & dimidium jurnalem de vinea & unum pratum &c.

MCCCXXVIII.

Donatio Heimerici in eadem marca.

Anno tertio Karoli regis, ego Heimericus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Worm. in *Batenheim* marca, vineam unam &c.

MCCCXXIX.

Digitized by Google

MCCCXXIX.

Donatio Hageronis in Batenheim marca.

Ego in Dei nomine Hagero dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Batenheim* marca, jurnales quatuor &c.

MCCCXXX.

Donatio Adelhelmi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die III kalendas Septembr. anno octavo decimo domini Karoli regis, ego Adelhelmus pro anima Rotbaldi, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wormat. in *Batenheim* marca, decem jurnales de terra, & unam vineam, & duo mancipia, his nominibus, Engiluuart & Engilburc, filius ejus &c. 30. Aug.

MCCCXXXI.

Donatio Berchthelmi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Berchthelm, pro anima Hildeburgæ, quod ipſa mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wormat.* in *Batenheim*, quicquid ipſa Hildeburga ibidem viſa fuit habere, a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die X kalendas Febr. anno XXI Karoli regis. 23. Jan.

MCCCXXXII.

Donatio Adelhelmi in Battenheim.

Ego in Dei nomine Adelhelmus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wormat. in *Battenheim* marca, vineam unam &c. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VII kalendas Junii, anno XV Pippini regis. 26. Maj.

Digitized by Google

MCCCXXXIII.

Donatio Bobonis in Battenheimer marca.

Ego in Dei nomine Bobo, pro anima genitricis meæ Eggiwiz, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Batenheim* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die
29. Apr. III kalendas Maji, anno XXVI Karoli regis.

MCCCXXXIV.

Donatio Nenkeri in Battenheimer marca.

1. Jun. In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno ſeptimo Karoli regis, ego Nenker dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Worm. in *Batenheim* marca &c.

MCCCXXXV.

Donatio Helſuuindis in eadem marca.

Nos in Dei nomine Waldolfus & Wilgerat, venerabili Gundelando abbati de monaſterio ſancti Nazarii in Lauresham, vendidi in pago Worm. in *Ibersheimer* marca vineam unam, unde accepi ab ipſo in pretium libram j argenti. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Aprilis, anno primo Karoli regis. 18. Mart.

MDI.

Donatio Sigemundi in Eberolfesheimer marca.

In Chriſti nomine ſub die IV kalendas Maji, anno XIII Pippini regis, ego Sigimundus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in *pago Worm.* in *Eberolfesheimer* marca, in 28. Apr.

in manſis, campis, pratis, aquis, omnia a die præſente dono, trado &c.

MDII.

Donatio Nancheri in Harlesheim.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die pridie idus Junii, anno III Karoli regis, ego Nancherus & conjux mea Edelind dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales j & dimidium in *Harlesheim* in Dei nomine &c.

MDIII.

Donatio Ratbaldi in Freinsheim.

Ego in Dei nomine Ratbald dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra in *pago Wormat.* in *Freinsheim*, & in *Wichſe* jjj jurnales de terra &c.

MDIV.

Donatio Reminingi in Sauuelnheim.

Ego in Dei nomine Remining & conjux mea Blidgaud donamus ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in *pago Wormat.* in *Sauuinheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXII Karoli regis.

MDV.

Donatio Wolfberti in eodem vico.

6. Mart. In Chriſti nomine ſub die pridie nonas Martii, anno XIIII Pippini regis, ego Wolfbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j & de terra jurnal. XL in pago Wormat. in *Sowelnheimer* marca &c.

MDVI.

MDVI.

Donatio Erchenberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Erchenbertus & Dundo frater meus pro anima Saxoni, quod ipſe nobis tradidit, donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum & XL jurnales in pago Wormat. in *Sauuelnheimer* marca, & vineam unam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die idus Decembris, anno XXVIIII Karoli regis. 13. Dec.

MDVII.

Donatio Adelberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VI kalendas Aprilis, anno XXVIII 27. Mart.
Karoli regis, ego Adelbertus & ſoror mea Luitſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Wormat. in *Sauuelnheimer* marca &c.

MDVIII.

Donatio Witheri in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die idus Martii, anno XV Pippini regis, 15. Mart.
ego Witherus, dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in pago Worm. in *Sauuelnheimer* marca &c.

MDIX.

Donatio Giſeleri in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die IX kalendas Septembris, anno 24. Aug.
XVIIII Karoli regis, ego Giſelerus dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de vinea in pago Worm. in *Sauuelnheimer* marca &c.

Digitized by Google

MDX.

Donatio Blidolfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Blidolfus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Worm. in *Sauuelnheimer* marca, & duos jurnales, & quidquid habere videor in vineis, pratis, paſcuis, aquis, a die præſente dono ſtipulatione ſubnixa. Actum
1. Sept. in monaſterio Laurisham, die kalendas Sept. anno tertio Karoli regis.

MDXI.

Donatio Godolfi in eodem vico.

1. Aug. In Chriſti nomine ſub die kalendas Auguſti, anno IIII Karoli regis, ego Godolf & Adelrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in pago Worm. in *Sauuelnheim* &c.

MDXII.

Donatio Huberti in eodem vico.

1. Mart. In Chriſti nomine ſub die kalendas Martii, anno primo Karoli regis, ego Hubertus dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnalem j in pago Worm. in *Sauuelnheim* &c.

MDXIII.

Donatio Giſilheri in eodem vico.

1. Jun. In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno XVI Pippini regis, ego Giſelerus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Sauuelnheim*, & jjj vineas & de terra jurnales XL & tria mancipia &c.

MDXIV.

MDXIV.

Donatio Bertrigi in Dinenheimer marca.

Ego in Dei nomine Bertrigus, pro animæ meæ remedio, dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in *pago Wormat.* in *Sauuelnheimer* marca & quidquid ibidem habere videor, & in *Dinenheimer* marca vineam unam & duos jurnales de terra aratoria, in Dei nomine, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Julii, anno III Karoli regis. 14. Jul.

MDXV.

*Donatio Ebrageri in Sowelnheimer marca.**

In Chriſti nomine ſub die kalendas Maji, anno XV Pippini regis, ego Ebracher & conjux mea Hildſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales & dimidium vineam in pago Worm. in *Sauuelnheimer* marca &c. 1. Maj.

MDXVI.

Donatio Alberti in Sauuelnheim.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Octobris, anno quarto Karoli regis, ego Albertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Sauuelnheim*, & jjjj jurnales de terra &c. 1. Oct.

MDXVII.

Donatio Dirolfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Sulach & germanus meus Dirolf, donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Souuelnheim* habere videmur, in manſis, campis, pratis, vineis &c. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

Digitized by Google

MDXVIII.

Donatio Geberathi in eodem vico.

9. Aug. In Chriſti nomine ſub die V idus Auguſti, anno VI Karoli regis, ego Geberath dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnal. jjjj in pago Wormat. in *Souuelnheim*, & vineam unam &c.

MDXIX.

Donatio Gunberti in eodem vico.

19. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XIIII kalendas Junii, anno XV Karoli regis, ego Gunbertus & conjux mea Gundrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videmur in pago Wormat. in *Souuelnheim* in manſis, campis, paſcuis, perviis, aquis, omnia a die præſenti donamus &c.

MDXX.

Donatio Wanberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Wanbertus & conjux mea Diſa & filius meus Germo, donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Souuelnheimer* marca &c.

MDXXI.

Donatio Gunberti in eodem vico.

1. Dec. In Chriſti nomine ſub die kalendas Decembris, anno XIII Pippini regis, ego Gunbertus & Burach donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales in pago Wormat. in *Souuelnheimer* marca &c.

MDXXII.

MDXXII.

Donatio Cancur comitis in eodem vico.

Ego in Dei nomine CANCUR COMES dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j, & ſervum nomine Landolfum, & vineam in pago Worm. in *Sowelnheim*, & quidquid ad ipſum manſum pertinet, perpetualiter ad poſſidendum. Actum in villa *Pophenheim*, anno XIIII Karoli regis.

MDXXIII.

Donatio Helmſuindis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Helmſuind, pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. quinque vineas in pago Wormat. in *Souuelnheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, an. XXXIII Karoli regis.

MDXXIV.

Donatio Reginberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Reginbertus pro anima Eberhardi, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium &c. quartam partem de omnibus, quæ in pago Wormat. in *Souelnheim* habere viſus eſt, in manſis, campis, pratis, perviis, vineis &c. 1. Jun.

MDXXV.

Donatio Lantradi in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Julii, anno ſexto Karoli regis, ego Lantrat pro anima Ratberti dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wormat. in *Sowelnheimer* marca, xj jurnales de terra & quinque vineas &c. 24. Jun.

MDXXVI.

Digitized by Google

MDXXVI.

Donatio Maginheri in eodem vico.

2. Apr. Anno ſexto decimo Pippini regis, die IIII nonas Aprilis, ego in Dei nomine Maginher & conjux mea Liba donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in pago Wormat. in *Sowelnheim*, quidquid ibidem habere videmur in manſis, campis, paſcuis, pratis, perviis, vineis, aquis &c.

MDXXVII.

Donatio Eberhardi in Ebinſten.

22. Maj. In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Junii, anno XXV Karoli regis, ego Eberhardus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Worm.* in *Oppenheimer* marca in *Ebinſten* habere videor, in vineis, terris, pratis, aquis, & manſum unum &c.

MDXXVIII.

Donatio Adonis in Dinenheim.

Ego in Dei nomine Ado dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in *pago Worm.* in *Oppenheimer* marca, in *Dinenheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum
20. Maj. in monaſterio Laurishamenſi, die XIII kalendas Junii, anno XIII Karoli regis.

MDXXIX.

Donatio Folcheidis in Oppenheim.

Ego in Dei nomine Folcheid dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in *pago Wormat.* in *Oppenheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſte-
6. Dec. rio Laurisham, die VIII idus Decembris, anno XXII Karoli regis.

MDXXX.

MDXXX.

Donatio Hirminolfi in eodem vico.

In Chriſti nomine die XIII kalendas Martii, anno XIII Karoli regis, ego Hirminolf dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca & vineam, & jurnalem unum & dimidium &c. 17. Febr.

MDXXXI.

Donatio Engilberti & Ottonis.

In Chriſti nomine ſub die XIIII kalendas Junii, anno III Karoli regis, ego Engilbertus & germanus meus Otto donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c. 19. Maj.

MDXXXII.

Donatio Gundakeri.

Ego in Dei nomine Gundacker dono ad ſanctum Nazarium &c. duos manſos in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca, & quidquid ibidem de terra aratoria habere videor, dono perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die XV kalendas Martii, anno XXXI Karoli regis. 15. Febr.

MDXXXIII.

Donatio Ratſuuindis in Oppenheim.

Ego in Dei nomine Ratſuuind dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſſamenſi, die IIII idus Septembris, anno XXXII Karoli regis. 10. Sept.

MDXXXIV.

Donatio Salchonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Salcho dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca, & duos jurnales de terra perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione
24. Febr. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kal. Martii, anno XIIII Karoli regis.

MDXXXV.

Donatio Titrici in eodem vico.

Ego in Dei nomine Ditricus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in vineis habere viſus ſum in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione
11. Jul. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V idus Julii, anno IX (a) Pippini regis.

MDXXXVI.

Donatio Haurendili in eodem vico.

21. Mart. In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Haurendil dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDXXXVII.

Donatio Aſalachi & Fridegardis.

16. Jun. In Chriſti nomine ſub die XVI kalendas Julii, anno XXVII Karoli regis, ego Aſalach & conjux mea Fridegart donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Worm. in *Oppenheimer* marca cum omni ædificio ſuperpoſito & de terra jur-

(a) De anachronismo hoc ſupra jam dictum eſt pag. 188.

Digitized by Google

jurnales vjj & vineas tres, & quidquid in ipſa marca habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, paſcuis, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham tempore quo ſupra.

MDXXXVIII.

Donatio Ruthardi in Oppenheim.

In Chriſti nomine ſub die XII Martii, anno V Pippini (b) regis, ego Ruthardus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Worm. in *Oppenheim* marca & unam vineam &c. 18. Febr.

MDXXXIX.

Donatio Heimerici & Hermanni.

In Chriſti nomine ſub die VII idus Martii, anno XIII Karoli regis, ego HEIMERICH COMES & Herman donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca, & vjjj mancipia & omnem laboratum Hermanni in *Urbach* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa &c. 9. Mart.

MDXL.

Donatio Woluonis in Oppenheim.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Maji, anno XXI Karoli regis, ego Woluo dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in *pago Wormat.* inter *Denheim* & *Oppenheim* &c. 20. Apr.

(b) Non convenit annus v Pippini regis cum S. Nazario in Laurisham quieſcente, uti non ſemel jam annotavimus. Vitia hæc ſcribæ ſunt codicis, non mala abbatiæ fides.

Digitized by Google

MDXLI.

Donatio Ruperti in eodem vico.

12. Jun. In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno XXVII Karoli regis, ego RUBERTUS COMES, pro remedio animæ Selberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. quod ipſe Selbertus mihi tradidit, item vineam unam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca &c.

MDXLII.

Donatio Reginolfi.

5. Aug. In Chriſti nomine ſub die nonas Auguſti, anno XV Pippini regis, ego Reginolf dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDXLIII.

Donatio Erpheri clerici in eodem vico.

21. Maj. In Chriſti nomine die XII kalendas Junii, anno XIIII Pippini regis, ego Erpherus clericus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. de terra aratoria jurnales centum in pago Worm. in *Oppenheimer* marca.

MDXLIV.

Donatio Grimberti.

Ego in Dei nomine Grimbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
22. Oct. monaſterio Laurisham, die XI kalendas Novembr. anno IX Karoli regis.

MDXLV.

MDXLV.
Donatio Waldolſi.

In Chriſti nomine die V kalendas Octobris, anno XIIII Pippini regis, ego Waldolfus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca &c. 27. Sept.

MDXLVI.
Donatio Sigelmi in Oppenheimer marca.

In Chriſti nomine die nonas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Sigelmus dono ad Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c. 5. Apr.

MDXLVII.
Donatio Odolfridi.

Ego in Dei nomine Odolfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Oppenheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die XIIII kalendas Aprilis, anno XIIII Karoli regis. 19. Mart.

MDXLVIII.
Donatio Grimheidis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Grimheit dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in pago Wormat. in *Oppenheim* & jj mancipia, Frudhelm & Coloboz, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Junii, anno X Karoli regis. 12. Jan.

Digitized by Google

MDXLIX.

Donatio Grimberti.

Ego in Dei nomine Grimbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham an. XXIIII Karoli regis.

MDL.

Donatio Benedicti in Oppenheim.

Ego in Dei nomine Benedictus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Worm. in *Oppenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XIIII Karoli regis.

MDLI.

Donatio Diurae in eodem vico.

21. Mart. In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Aprilis, anno XXII Karoli regis, ego Diura dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Oppenheim* &c.

MDLII.

Donatio Hajonis in Oppenheim marca.

31. Mart. In Chriſti nomine die II kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Hajo dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLIII.

Donatio Waltradis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Waltrat dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Oppenheimer* marca & duas

duas vineas perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Aprilis, anno XXXII Karoli regis. 29. Mart.

MDLIV.

Donatio Rathfridi.

In Chriſti nomine die kalendas Januarii, anno XXXVII Karoli regis, ego Ratfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca &c. 1. Jan.

MDLV.

Donatio Ortuualahi ibidem.

Ego in Dei nomine Orthwalah dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V kalendas Decembris, anno VIII Karoli regis. 27. Nov.

MDLVI.

Donatio Odilheri.

In Chriſti nomine die XVII kalendas Maji, anno XIIII Karoli regis, ego Odilher dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in pago Worm. in *Oppenheim*, in manſis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, aquis, excepta j hubeſtat &c. 15. Apr.

MDLVII.

Donatio Liutſuuindis.

In Chriſti nomine die VIII idus Junii, anno XII Karoli regis, ego Liutſuuind dono ad ſanctum Nazarium &c. unam hubeſtat in pago Wormat. in *Oppenheim* marca. 6. Jun.

MDLVIII.

Digitized by Google

MDLVIII.

Donatio Diurae in eodem vico.

Ego in Dei nomine Diura dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca & duos equos perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
19. Maj. Actum in monaſterio Laurisham, die XIIII kalendas Junii, anno XII Karoli regis.

MDLIX.

Donatio Tutonis & Erchenoldi.

Nos in Dei nomine Tuto & Erchenolfus & Richgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj vineas in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulati-
22. Jun. one ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Julii, anno XX glorioſiſſimi Karoli regis.

MDLX.

Donatio Folradi in eadem marca.

20. Jul. In Chriſti nomine die XIII kalendas Auguſti, anno XIII Pippini regis, ego Folradus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXI.

Donatio Guntrami in eodem vico.

5. Apr. In Chriſti nomine die nonas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Guntramus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. ſervum j, nomine Rudolfum, & vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXII.

MDLXII.

Donatio Uodalſuuindis.

In Chriſti nomine die II idus Junii, anno XXIX Karoli regis, ego Uodalſuuint dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in *pago Worm.* in *Oppenheim*, & in *Ulfrides-heim* jj jurnales de terra aratoria &c. 12. Jun.

MDLXIII.

Donatio Williheri ibidem.

Ego in Dei nomine Williher & uxor mea Gebalint donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas Julii, anno XXVIIII Karoli regis. 25. Jun.

MDLXIV.

Donatio Hermanni in Oppenheim.

In Chriſti nomine ſub die X kalendas Aprilis, anno XV Karoli regis, ego Herimann & conjux mea Wolfheit donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c. 23. Mart.

MDLXV.

Donatio Birichonis & Saislindis.

In Chriſti nomine ſub die II idus Junii, anno XIIII Karoli regis, ego Biricho & uxor mea Saislind donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam hubeſtat in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca, & quidquid ibidem habere videmur &c. 12. Jun.

Digitized by Google

MDLXVI.

Donatio Coloberti in Oppenheimer. marca.

21. Mart. In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Colobertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheim* &c.

MDLXVII.

Donatio Benedicti in eadem marca.

Ego in Dei nomine Benedictus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra, in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Martii, anno duodecimo Karoli regis. 15. Mart.

MDLXVIII.

Donatio Stralelmi.

22. Maj. In Chriſti nomine ſub die XI kalendas Junii, anno XIIII Pippini regis, ego Stralelmus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXIX.

Donatio Hemmundi in eodem vico.

21. Mart. In Chriſti nomine die XII kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Hemmundus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXX.

Donatio Agilonis in Oppenheim.

Ego in Dei nomine Agilo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quidquid in pago Worm. in *Oppeheim* & in *Dienenheim* habere videor, in manſis, campis, pratis, ſilvis, vineis, aquis, & jjj mancipia perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XI kalendas Junii, anno XIIII Pippini regis. 22. Maj.

MDLXXI.

Donatio Odilheri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Odilher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Oppenheimer* marca, & omne ædificium ſuperpoſitum, & jj vineas & quidquid ibidem habere viſus ſum, in manſis, campis, pratis, perviis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVIII Karoli regis.

MDLXXII.

Donatio Waningi & Folcberti.

In Chriſti nomine die X kalendas Auguſti, anno XIIII Pippini, ego Waningus & filius meus Folcbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca & duos jurnales de terra &c. 23. Jul.

MDLXXIII.

Donatio Ezzonis in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die V idus Julii, anno XIIII Karoli regis, ego Ezzo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum 11. Jul.

ſum in pago Worm. in *Oppenheimer* marca, quidquid ibidem habere videor &c.

MDLXXIV.

Donatio Rocholfi ibidem.

Ego in Dei nomine Rocholf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio
4. Jul. Lauriſſamenſi, die IIII nonas Julii, anno XIV Pippini regis.

MDLXXV.

Donatio Alberti in Oppenheim.

Ego in Dei nomine Albertus dono pro anima Bernheri ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione
3. Aug. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III nonas Aug. anno XXXIIII Karoli regis.

MDLXXVI.

Donatio Bertrici in Oppenheim.

23. Mart. In Chriſti nomine ſub die X kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Bertricus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXXVII.

Donatio Rutheizi in Oppenheimer marca.

12. Oct. In Chriſti nomine die IIII idus Octobr. anno XV Pippini regis, ego Rutheiz dono ad ſanctum Nazarium &c. duas vineas in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXXVIII.

Digitized by Google

MDLXXVIII.

Donatio Bertrici in eodem vico.

Anno XIII Pippini regis, die XIII kalendas Auguſti, ego Bertricus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheimer* marca &c. 20. Jul.

MDLXXIX.

Donatio Vodilheri.

In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Decemb. anno XXIIII Karoli regis, ego Vodilher, pro remedio animæ ſororis meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnalem unum de terra in pago Worm. in *Oppenheimer* marca & unam vineam &c. 20. Nov.

MDLXXX.

Donatio Wacheri in eadem villa.

In Chriſti nomine, anno XIII Karoli regis, ego Wacher dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Oppenheimer* marca habere viſus ſum, excepta una vinea, cætera omnia a die præſenti dono &c.

MDLXXXI.

Donatio Iſanfridi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Iſanfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheim*, & in *pago Renenſi* in *Beſinsheimer* marca hubam & manſum unum, & quidquid ibidem viſus ſum (habere) in campis, paſcuis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Julii, anno XXXI Karoli regis. 28. Jun.

MDLXXXII.

Donatio Liutfridi in Oppenheim & Dinenheim.

18. Sept. In Chriſti nomine die XIIII kalendas Octobr. anno XXVIIII Karoli regis, ego Liutfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Wormat. in *Oppenheim* & *Dinenheim*, in manſis, campis, pratis, vineis, & unam ſervam, nomine Baldwin, cum omni facultate ſua &c.

MDLXXXIII.

Donatio Waltheri & Gunderadis.

Ego in Dei nomine Walther & conjux mea Gundrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjjj vineas in pago Worm. in *Oppenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die kalendas Maji, anno XVIII Ludowici imperatoris. 1. Maj.

MDLXXXIV.

Donatio Aurendili.

21. Maj. In Chriſti nomine ſub die XII kalendas Junii, anno XIIII Pippini regis, ego Aurendillus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Oppenheim* &c.

MDLXXXV.

Donatio Hertuuini in eodem vico.

11. Nov. In Chriſti nomine die III idus Novembris, anno XVI Pippini regis, ego Hartuuinus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Oppenheimer* marca &c.

MDLXXXVI.

MDLXXXVI.
Donatio Waldheri in Oppenheimer marca.

Ego in Dei nomine Waldher dono ad ſanctum Nazarium &c. duas vineas in pago Worm. in *Oppenheim*, alteram in *Dinenheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI idus Julii, anno XXVII Karoli regis. 10. Jul.

MDLXXXVII.
Donatio Sigolfi & Friliubis.

Ego in Dei nomine Sigolf & ſoror mea Friliub donamus ad ſanctum Nazarium &c. tres vineas in pago Worm. inter *Oppenheim* & *Dinenheim*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Junii, anno XXI Ludowici imperatoris. 1. Jun.

MDLXXXVIII.
Donatio Richildis in Oppenheim.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Engilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & feminam quandam nomine Richhilt, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur præfata Richilt prædicto abbati in pago Worm. in *Oppenheimer* marca manſum j & quidquid ad ipſum pertinere videtur, e contra dedit prædictus Egilbertus abba præfatæ Richildæ in eadem villa manſum j & vineam j, & quidquid ad illam pertinere videtur, ita ut uterque, quod accepit, habeat atque poſſideat & poſteris ad poſſidendum derelinquat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Februarii, anno XXXIII Ludowici imperatoris. 10. Febr.

MDLXXXIX.

MDLXXXIX.

Donatio Geraberadis in eodem vico.

Gutherus pro remedio animæ ſororis ſuæ Geraberat tradidit ad ſanctum Nazarium vineam unam in *Oppenheimer* marca, coram teſtibus Sigebodone & Reginbodone, Albgero, Ru-
20. Jan. dolfo, die XIII kalendas Februarii.

MDXC.

Donatio Sigifridi in Guntheim.

Item Sigifridus pro remedio animæ fratris ſui Richberti in *Guntheimer* marca tradidit vineam unam, coram teſtibus
20. Nov. Geroldo, Fridehelmo, die XII kalendas Decemb.

MDXCI.

Donatio Liugardis in Oppenheim.

Item Liugart tradidit in pago Worm. in *Oppenheimer* marca unum manſum & jjj vineas in eadem marca ad ipſum manſum pertinentes, & quatuor prata & j domum & curiam & xvj jurnales de terra, & quidquid ibidem habere viſa eſt.

MDXCII.

Donatio Warmundi & Herigozi.

Vuarmundus tradidit tres vineas in *Oppenheim*, item Herigoz tradidit unam, & duas ancillas, Wagarhilt & Altburg, ut in feſto ſancti Michaelis ſolvant in cenſum jjjj denariatas ceræ.

Item Liutrat tradidit ibidem j vineam, & Egilmunt unam, Rudolfus unam, Luitherus unam, Luico unam & unum jurnalem in *Dalaheim*, item Geberat tradidit unam vineam in *Oppenheim*, & Nantherus unam in eadem marca.

MDXCIII.

Digitized by Google

MDXCIII.

Donatio Willeheri in Gimminheimer marca.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Decembris, anno VIII Karoli regis, ego Willeher dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam in *pago Wormat.* in *Gimminheimer* marca, & quidquid ibidem habere viſus ſum &c. 26. Nov.

MDXCIV.

Donatio Bernoldi in Gimminisheim.

In Chriſti nomine die kalendas Auguſti, anno ſecundo Karoli regis, ego Bernold & conjux mea Rachild dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam curtim in pago Worm. in *Gimminisheimer* marca, & quidquid ad ipſam pertinere videtur &c. 1. Aug.

MDXCV.

Donatio Benedicti.

In Chriſti nomine, die III kalendas Novemb. anno VIII Karoli regis, ego Benedictus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum pratum in pago Wormat. in *Gimminesheim* &c. 30. Oct.

MDXCVI.

Donatio Williheri ibidem.

In Chriſti nomine, die idus Septembris, anno V Karoli regis, ego Willeher & Herrich donamus ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam & vineam in pago Worm. in *Gimminheim* &c. 13. Sept.

Digitized by Google

MDXCVII.

Donatio Wolfheidis.

Ego in Dei nomine Wolfheit dono ad ſanctum Nazarium &c. pratum unum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die V idus Febr. anno XIII Ludowici imperatoris.

9. Febr.

MDXCVIII.

Donatio Ratgundis & Erolfi.

25. Mart. Nos in Dei nomine Ratgunt & Erlolf, die VIII kal. Aprilis, anno V Ludewici imperatoris, donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MDXCIX.

Donatio Berchthelmi.

3. Mart. In Chriſti nomine, die V nonas Martii, anno XIIII Karoli regis, ego in Dei nomine Berhcthelm dono ad ſanctum Nazarium &c. unam hubeſtat in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDC.

Donatio Wolfheri in Gimminheim.

Quidam homo ingenuus nomine Wolfher tradidit ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheim* &c. Actum anno quinto Ludowici inperatoris.

MDCI.

MDCI.
Donatio Volcozi.

In Chriſti nomine, die V kalendas Martii, anno XXVII Karoli regis, ego Volcoz dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnalem unum de terra aratoria in pago Worm. in *Gimminheimer* marca & unum pratum & mancipium nomine Hitebrecht &c. 25. Febr.

MDCII.
Donatio Wolgozi in Gimminheim.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno XXV Karoli regis, ego Wolgoz dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Worm. in *Gimminisheimer* marca &c. 27. Maj.

MDCIII.
Donatio Maximi & Albini.

In Chriſti nomine, anno XV Pippini regis, ego Maximus & Albinus (a) donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum de terra aratoria in pago Worm. in *Gimminheim*, & quidquid ibidem habere videmur in vineis, campis, pratis, perviis, aquis &c.

MDCIV.
Donatio Bernacari ibidem.

Ego in Dei nomine Bernacar dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum j in pago Wormat. in *Gimminheim*, & unum jurnalem perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Februarii, anno XXIX Karoli regis. 12. Febr.

I i 2 MDCV.

(a) Nomina hæc Latina ſunt, non Theotiſca, a Romanorum his in oris olim dominantium imperio, quod varum, ſub Francis conſervata.

MDCV.

Donatio Ratonis in eodem vico.

27. Nov. In Chriſti nomine, die V kalendas Decembris, anno XIII Karoli regis, ego Rato dono ad ſanctum Nazarium &c. duas vineas in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCVI.

Donatio Manoldi.

5. Mart. In Chriſti nomine, die III nonas Martii, anno XII Karoli regis, ego Manold dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheim* &c.

MDCVII.

Donatio Sirigonis in Gimminheim.

Ego in Dei nomine Sirigo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Wormat. in *Gimminheim*, & inter *Thurincheim* & *Winerisheim* (Winterish.) v jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
25. Jul. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Auguſti, anno XV Pippini regis.

MDCVIII.

Donatio Blitrudae ibidem.

Ego in Dei nomine Blitrud dono ad ſanctum Nazarium &c. aream unam in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, cum domo & cæteris ædificiis atque caſticiis, & de terra aratoria jurnales xv, & prata ad carradas vjjj, & quidquid ibidem habere viſa ſum in domibus, terris, pratis, perviis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno in-

incarnationis Domini DCCCXLV regni vero Ludowici imperatoris (a) quinto, die VIII kalendas Auguſti. 25. Jul.

MDCIX.

Donatio Brunichonis & Hertingi.

Nos in Dei nomine Brunicho & Hertinc donamus pro remedio animæ Blidratæ ad ſanctum Nazarium, ubi venerabilis epiſcopus & abba præeſſe videtur, duos manſos in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, cum omni ædificio ſuperpoſito, & duas vineas perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI nonas Julii, anno XXXIII Karoli regis. 2. Jul.

MDCX.

Donatio Benedicti.

In Chriſti nomine, die II nonas Septembris, anno ſecundo Karoli regis, ego Benedictus pro remedio animæ Albwizi dono ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales de terra aratoria in pago Worm. in *Gimmenheimer* marca & vineam unam &c. 4. Sept.

MDCXI.

Donatio Hartigaſti.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Decembris, anno XXXI Karoli regis, ego Hartigaſt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum unum in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca, & duas hubas, & vineam j, & prata & mancipia duo, Reginhardum & conjugem ejus Liupgardam &c. 24. Nov.

(a) Corruptio manifeſta in hac imperatoris voce, pro *regis*, Ludovici nempe germ. qui ex computo vulgari an. 840 regnare coepit. Vid. præf. tomi 1. ad fin.

MDCXII.

Donatio Eburachkari in Gimminheim.

Ego in Dei nomine Eburakar, pro remedio animæ Bérnheri, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duos jurnales de terra in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, & in *Saugenheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXII Karoli regis.

MDCXIII.

Donatio Malbodonis in eodem vico.

30. Dec. In Chriſti nomine, die III kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Malboto pro remedio animæ Bertſuindæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales te terra, in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXIV.

Donatio Altonis in eadem villa.

12. Jun. Ego in Dei nomine Alto, die II idus Junii, anno ſeptimo Karoli regis, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, & unam vineam in *Uminisheim* &c.

MDCXV.

Donatio Odilradi.

Ego in Dei nomine Odilrad dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MDCXVI.

MDCXVI.
Donatio Waltheri in Gimminheim.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Februarii, anno XV Karoli regis, ego Walther pro remedio animæ Erkenbert dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 25. Jan.

MDCXVII.
Donatio Hadamundi & Liuduini.

In Chriſti nomine, die III nonas Junii, anno X Karoli regis, ego Hadamund & Liuduin donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 3. Jun.

MDCXVIII.
Donatio Erneſtonis.

Ego in Dei nomine Erneſt dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quidquid in pago Wormat. in *Gimminheim* & *Thuringeim* habere viſus ſum, in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, perviis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXIII Ludowici imperatoris. 11. Jun.

.MDCXIX.
Donatio Altonis & Benedicti.

In Chriſti nomine, die V idus Octobr. anno quarto Karoli regis, ego Atto & Benedictus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, & unum pratum; ſimiliter in *Thuringheimer* marca vineam unam & duos jurnales de terra aratoria &c. 11. Oct.

MDCXX.

MDCXX.

Donatio Wiboldi.

Ego in Dei nomine Wiboldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jj jurnales de terra in pago Worm. in *Gimminheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
30. Maj. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Junii, anuo primo Karoli regis.

MDCXXI.

Donatio Williſuuindis & Friderici.

1. Sept. In Chriſti nomine, die kalendas Septembris, anno II Karoli regis, ego Williſuind & filius meus Friderich donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Worm. in *Gimminheim* &c.

MDCXXII.

Donatio Volcozi & Geillae.

In Chriſti nomine, anno XV Pippini regis, ego Wolcoz & conjux mea Geila dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum inter *Gimminheim* & *Undenheim*, & jj prata & unam vineam & xxjjjj jurnales &c.

MDCXXIII.

Donatio Egilolfi in Gimminheim.

27. Mart. In Chriſti nomine, die VI kalendas Aprilis, anno IIII Karoli regis, ego Egilolſus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXXIV.

MDCXXIV.

Donatio Willichonis & Batahildis.

Anno XVI Pippini regis, ego Willicho & conjux mea Batahilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Gimminheimer* marca habere videmur, in campis, pratis, vineis, aquis &c.

MDCXXV.

Donatio Wulfleibi in Gimminheim.

In Chriſti nomine, die III idus Maji, anno XV Pippini regis, ego Wulfleib dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales de terra in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, & j vineam &c. 13. Maj.

MDCXXVI.

Donatio Sigefridi, Witheri & Guntheri.

In Chriſti nomine, die XII kalendas Junii, anno ſexto Karoli regis, ego Sigifridus & Wither & Gunther donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 21 Maj.

MDCXXVII.

Donatio Albgozi in Gimminheim.

In Chriſti nomine, die kalendas Sept. anno tertio Karoli regis, ego Albgoz dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum unum in pago Worm. in *Gimminheim* & caſam j deſuper &c. 1. Sept.

MDCXXVIII.

Donatio Wormeri in eodem vico.

In Chriſti nomine, die kalendas Maji, anno XI Karoli regis, ego Wormerus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum man- 1. Maj.

ſum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, & in *Rodulfesheim* vineas jj &c.

MDCXXIX.

Donatio Engilberti.

1. Oct. In Chriſti nomine, die kalendas Octobris, anno ſexto Karoli regis, ego Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXXX.

Donatio Hilduuini.

9. Jun. In Chriſti nomine, die V idus Junii, anno XIIII Karoli regis, ego Hiltuuinus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXXXI.

Donatio Wolfliubae in Gimminheim.

Ego in Dei nomine Wolfliub doho ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum jurnalem de terra in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca &c. Actum in monaſterio Laurisham,
15. Mart. die idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MDCXXXII.

Donatio Rutlindis in eodem vico.

15. Jun. In Chriſti nomine, die XVII kalendas Julii, anno IX Karoli regis, ego Rutlind dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXXXIII.

Digitized by Google

MDCXXXIII.

Donatio Weldrici in Gimminheimer marca.

In Chriſti nomine, die kalendas Decembris, anno VIII Karoli regis, ego Weldrich dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca &c. 1. Dec.

MDCXXXIV.

Donatio Crodionis.

In Chriſti nomine, die V idus Julii, anno ſexto Karoli regis, ego Crodio pro remedio animæ Gundrudæ dono ad ſanctum Nazarium &c. pratum j in pago Wormat. in *Gimminheim* &c. 11. Jul.

MDCXXXV.

Donatio Wuluoldi in ipſa marca.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno XVI Pippini regis, ego Wuluold dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duos jurnales de terra aratoria in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 27. Maj.

MDCXXXVI.

Donatio Vunniae in Gimminheim.

In Chriſti nomine, complacuit atque convenit inter venerabilem Gundelandum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & feminam quandam nomine Vunnia, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus abba vineam j in *Wadaheimberge*, e contra dedit præfata femina in pago Worm. in *Gimminheim* manſum unum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno I Karoli regis.

Digitized by Google

MDCXXXVII.

Donatio Engilberti & Raffoldi.

Engilbertus & Raffolt & Erneſt tradiderunt in *Gimminheim* tres manſos & quartum dimidium cum duabus caſis & jj curiis, & jjjj mancipia, Heginolf & Reginbald & Thenot & Irminher, & XL jurnales de terra & vineas, ad tres carradas de vino, & prata ad XL carradas de fœno, & quidquid prædictus Engilbertus in præfata marca habere viſus eſt, ſimiliter in *Witersheim* xx jurnales de terra, & vineas ad jj carradas de vino, & quidquid ibidem habere viſus fuit.

MDCXXXVIII.

Donatio Benedicti in Gimminheimer marca.

Ego in Dei nomine Benedictus pro remedio animæ Albwiz dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Karoli regis.

MDCXXXIX.

Donatio Helphrici in eodem vico.

13. Maj. In Chriſti nomine, die III idus Maji, anno XV Pippini regis, ego Helphrich dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales x de terra in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca &c.

MDCXL.

Donatio Irminolfi in Gimminheim.

Ego in Dei nomine Irminolf dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Gimminheimer* marca perpetu-

Digitized by Google

petualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Maji, anno tertio decimo Karoli regis. 26. Apr.

MDCXLI.

Donatio Albolfi.

Albolf tradidit ad ſanctum Nazarium martyrem jjj jurnales, die pridie idus Junii, anno ſexto Ludowici imperatoris. 12. Jun.

MDCXLII.

Item Ragunt tradidit unam vineam in *Gimminheim*, anno V Ludewici regis.

MDCXLIII.

Donatio Manoldi ibidem.

In Chriſti nomine, die IX kalendas Maji, anno ſexto Karoli regis, ego Manoldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum pratum in pago Wormat. in *Gimminheimer* marca &c. 23. Apr.

MDCXLIV.

Donatio Richberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, die V kalendas Junii, anno quinto Karoli regis, ego Richbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jurnales jj in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 28. Maj.

MDCXLV.

Donatio Gislolfi & Adae.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Julii, anno ſecundo Karoli regis, ego Gisloſfus & conjux mea Ada donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Worm. in *Gimminheimer* marca &c. 26. Jun.

MDCXLVI.

Donatio Bernheri & Trutolfi.

Nos in Dei nomine Bernher & Truhtolf donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. pratum unum in pago Worm. in *Gimminheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXII Karoli regis.

MDCXLVII.

Donatio Reginhardi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno VII Karoli regis, ego Reginhardus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Gimminheim* &c.

MDCXLVIII.

Donatio Grimheidis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Grimheit dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Gimminheime* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXXIII Karoli regis.

MDCXLIX.

Donatio Rothdrudis.

In Chriſti nomine, anno II Karoli regis, ego Rotrudis dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Worm.* in *Frigmersheim* habere viſus ſum &c.

MDCL.

Donatio Guntrami in Dinenheim.

27. Sept. In Chriſti nomine, die V kalendas Octobris, anno VII Karoli regis, ego Guntrammus dono ad ſanctum Nazarium martyrem

tyrem &c. unam vineam in *pago Worm.* in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLI.

Donatio Walthelmi in eadem villa.

In Chriſti nomine, die IIII idus Maji, anno XVII Karoli regis, ego Walthelm dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quidquid de vineis habere videor in pago Worm. in *Dinenheim* &c. 12. Maj.

MDCLII.

Donatio Birichonis & Birnichonis.

In Chriſti nomine, die VII kalendas Auguſti, anno XXX Karoli regis, ego Biricho & Birnicho donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c. 26. Jul.

MDCLIII.

Donatio Rudolfi.

In Chriſti nomine, die X kalendas Maji, anno VII Karoli regis, ego Rudolf dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c. 22. Apr.

MDCLIV.

Donatio Walachelmi.

Ego in Dei nomine Walachelm dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinnenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno XIIII Karoli regis.

MDCLV.

Digitized by Google

MDCLV.

Donatio Gerberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Gerbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Worm. in *Dinenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIIII Karoli regis.

MDCLVI.

Donatio Hiringi ibidem.

Ego in Dei nomine Hiringus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Dinenheim* de vineis habere viſus ſum. Actum in monaſterio Laurisham anno XV Pippini regis.

MDCLVII.

Donatio Herradis in Dinenheim.

Ego in Dei nomine Herrad dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in pago Worm. in *Dinenheim* perpetualiter ad poſſidendum. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCLVIII.

Donatio Arnolſi & Adolae.

27. Maj. In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno XV Pippini regis, ego Arnolſus & conjux mea Adola donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineas tres in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLIX.

Donatio Ruduuici in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ruduuic dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in pago Worm. in *Dinenheimer* marca perpetualiter

ter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Ludowici inperatoris.

MDCLX.
Donatio Herradis in eodem vico.

In Chriſti nomine, die V kalendas Septembris, anno tertio Karoli regis, ego Herrad dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j cum caſa & curia in pago Worm. in *Dinenheim* & j vineam, & quidquid de terra arabili & pratis ibidem habere videor &c. 28. Aug.

MDCLXI.
Donatio Abbeuuini & Erkanfridi.

In Chriſti nomine, die X kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Abbeuuin & Ercanfrid donamus ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Dinenheim*, & ſervum j nomine Warolf &c. 23. Maj.

MDCLXII.

Ego in Dei nomine Bubo dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Worm. in *Dinenheim* quidquid de vineis ibidem habere videor, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Junii, anno XXXIII Karoli regis. 12. Jun.

MDCLXIII.
Donatio Hamichonis.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Octobris, anno primo Karoli regis, ego Hannicho dono ad ſanctumNazarium martyrem &c. j vineam in pago Worm. in *Dinenheim* &c. 24. Sept.

Digitized by Google

MDCLXIV.

Donatio Zezonis in Dinenheimer marca.

10. Jul. In Chriſti nomine, die VI idus Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Zezo dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXV.

Donatio Nangeri in eodem vico.

25. Sept. In Chriſti nomine, die VII kalendas Octobris, anno quarto decimo Karoli regis, ego Nanger dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Worm.* in *Dinenheim* & in *Dulginsheim*, vel in *Rinichgowe* in *Bensheim* habere videor &c.

MDCLXVI.

Donatio Ruduuici in eadem marca.

In Chriſti nomine convenit & complacuit inter venerabilem Adalungum abbatem de monaſterio ſancti Nazarii, quod vocatur Laurisham, & virum quendam nomine Ruduuichum, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur memoratus Ruduuic prædicto abbati in villa *Dinenheim* in pago Wormat. unam vineam, ad duas carradas vini, e contra dedit prædictus abba unum bifangum in *Phungeſteter* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
1. Jan. risham, die kalendas Januarii, anno XVI Ludewici imperatoris.

MDCLXVII.

Donatio Suicheri in eadem villa.

21. Mart. In Chriſti nomine, die XII kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Suicherus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXVIII.

MDCLXVIII.

Donatio Arnuuiſi & Guntfridis.

In Chriſti nomine, die V kalendas Februar. anno XXX Karoli regis, ego Anuuis & conjux mea Guntfrid donamus ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Dinnenheimer* marca &c. 28. Jan.

MDCLXIX.

Donatio Rudolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rudolf dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinnenheim*, & unam in *Oppenheimer* marca &c.

MDCLXX.

Donatio Sicconis in Dinenheim.

In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno XIIII Karoli regis, ego Sicco dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c. 12. Jun.

MDCLXXI.

Donatio Wolfberti & Cilinae.

Nos in Dei nomine Wolfbertus & Cilina donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid de vineis habere videmur in pago Worm. in *Dinenheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXVIIII Karoli regis.

MDCLXXII.

Donatio Berni & Erici, fratris ejus.

Ego ih Dei nomine Bern & frater meus Erich donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Worm.* in

Dinenheim & jurnales xvjjj & jj vineas. Similiter in *Rodolfesheim* j manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & vineam j & XL jurnales de terra. Item in *Vinimisheim* j manſum cum damo & curia & jurnales xxxj & unam vineam. Similiter in *Momenheim* jj manſos cum omni ædificio ſuperpoſito, & XLV jurnales & vineam, & prata ad carradas x, & mancipia x ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIII Ludowici inperatoris.

MDCLXXIII.

Donatio Aſalachi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Aſalach dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Wormat. in *Dinenheim* & unum ſervum, nomine Balthwin, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXVIII Karoli regis.

MDCLXXIV.

Donatio Bernheri in eodem vico.

10. Mart. In Chriſti nomine, die VI idus Martii, anno XIIII Pippini regis, ego Bernherus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXV.

Donatio Withildis.

11. Nov. In Chriſti nomine, die III idus Novembris, anno XVI Pippini regis, ego Withild dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXVI.

Digitized by Google

MDCLXXVI.
Donatio Randwici in Dinenheim.

In Chriſti nomine, die XV kalendas Aprilis, anno XXV Karoli regis, ego Randwic pro remedio animæ fratris mei Sigilolfi, dono ad ſanctum Nazarium &c. tres vineas in pago Worm. in *Dinenheim* &c. 18. Mart.

MDCLXXVII.
Donatio Bernichonis & Birrichonis.

In Chriſti nomine, die III kalendas Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Bernicho & frater meus Biricho donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c. 29. Jun.

MDCLXXVIII.
Donatio Radolfi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno VI Karoli regis, ego Radolf dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXIX.
Donatio Richildis in Wetereiba.

In Chriſti nomine convenit atque complacuit inter venerabilem Richbodonem abbatem, de monaſterio ſancti Nazarii, quod vocatur Laurisham, & feminam quandam nomine Richilt, ut res ſuas pro opportunitate locorum commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædictæ mulieri in pago Worm. in *Dinenheimer* marca feminam quandam nomine Richildem cum filiis ſuis, e contra dedit præfata mulier in *Wetereiba* feminam quandam nomine Helſuint ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXII Karoli regis.

Digitized by Google

MDCLXXX.
Donatio Ecchihardi ibidem.

Ego in Dei nomine Ecchihart dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca habere viſus ſum, in campis, vineis, terra culta & inculta perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XX Karoli regis.

MDCLXXXI.
Donatio Andradi in Dinnenheim.

In Chriſti nomine, anno XV Karoli regis, ego Andrad dono ad ſanctum Nazarium &c. quatuor mancipia in pago Worm. in *Dinenheim* his nominibus, Audulf, Modulf, Teugis, Waltalz, & dimidietatem de manſis & vineis, & de omnibus, quæ habere videor &c.

MDCLXXXII.
Donatio Badogis in eodem vico.

1. Apr. In Chriſti nomine, die kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Badogis dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXXIII.
Donatio Hordolaci in Dinenheim.

Ego in Dei nomine Hordolach dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCLXXXIV.

Digitized by Google

MDCLXXXIV.

Donatio Ruperti & Enchilhelmi.

Nos in Dei nomine Rubertus & Engilhelmus donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinnenheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, XXXIIII Karoli regis anno.

MDCLXXXV.

Donatio Erolfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Erolf, pro anima Adeltrudæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Dinenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli.

MDCLXXXVI.

Donatio Willehildis ibidem.

Anno III Karoli regis, ego Willehilt dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid de vineis habere videor in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXXVII.

Donatio Warmundi & Radgundis.

Ego in Dei nomine Warmundus & conjux mea Radgundis donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj vineas in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

Digitized by Google

MDCLXXXVIII.

Donatio Widradi in eadem villa.

2. Aug. In Chriſti nomine, die IV nonas Auguſti, anno primo Karoli regis, ego Widradus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCLXXXIX.

Donatio Agathae.

Ego in Dei nomine Agatha dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca, in loco qui dicitur *Irdinaburc*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVI Karoli regis.

MDCXC.

Donatio Hildegundis abbatiſſae.

11. Jun. In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno IIII Karoli regis, ego Hildegundis abbatiſſa dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca, & in *Flanheim* unam &c.

MDCXCI.

Donatio Handheri in Dinenheim.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Nandherum, ut res ſuas pro opportunitate locorum commutarent. Dedit igitur prædictus epiſcopus in pago Worm. in *Dinenheimer* marca unam vineam, e contra dedit præfatus vir in eadem marca, alteram vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno nono Ludowici regis.

MDCXCII.

Digitized by Google

MDCXCII.

Donatio Bennonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, die III kalendas Auguſti, anno XIII Pippini regis, ego Benno dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c. 30. Jul.

MDCXCIII.

Donatio Odilhohi & Himiltrudis.

In Chriſti nomine, anno quinto decimo Karoli regis, ego Odilho & conjux mea Himiltrud donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCXCIV.

Donatio Tiedonis & Ezzonis.

Anno XIII Pippini regis, nos in Dei nomine Tiedo & Ezzo & Leutgarius ad ſanctum Nazarium martyrem donamus &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCXCV.

Donatio Liubrandi & Immae.

Ego in Dei nomine Liubrandus & conjux mea Imma donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duas vineas in pago Worm. in *Dinenheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Anno primo (a) Pippini regis, die III kalendas Maji. 29. Apr.

(a) Falſiſſimum. Nævi hi chronologici ſunt non traditionum, ut nobis videtur, ſed codicis ſcriptori imputandi.

MDCXCVI.

Donatio Giſelberti & Engilberti.

In Chriſti nomine, anno ſexto Karoli regis, ego Giſelbertus & Engilbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in *pago Wormat.* in *Dinenheim*, & in *Thuringeim* decem jurnales, & in *Wentriſheim* totidem &c.

MDCXCVII.

Donatio Geilſuuindis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Geilſuuind dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dinenheim*, & in *Undenheim* manſum unum cum omni ædificio ſuperpoſito, & de terra arabili jurnales xvjj & vj prata perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIIII Ludowici regis.

MDCXCVIII.

Donatio Sigehelmi in eadem marca.

18. Jun. In Chriſti nomine, die XIIII kalendas Julii, anno XV Pippini regis, ego Sigehelm, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCXCIX.

Donatio Hermenharii & Lantperti.

12. Jun. In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno III Karoli regis, ego Hermenharius & filius meus Lantbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCC.

MDCC.

Donatio Rudoldi in Dinenheim.

In Chriſti nomine, die III kalendas Decembris, anno XI Karoli regis, ego Rudold dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca, & in *Oppenheim* unam &c. 29. Nov.

MDCCI.

Donatio Waltleici.

Anno IIII Ludowici regis, Waltleich dedit vineam j in *Dinenheim.*

MDCCII.

Donatio Gunzonis in Dinenheim.

In Chriſti nomine, die IIII nonas Julii, anno XI Karoli regis, ego Gunzo & germanus meus Hartager donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales de terra in *pago Worm.* in *Dinnenheim*, & unam vineam, & in *Ulfretisheim* jj jurnales, & in *Giminsheimer* marca quidquid ibidem de pratis habere videor &c. 4. Jul.

MDCCIII.

Donatio Wolfradi in eodem vico.

In Chriſti nomine, die XIIII kalendas Junii, anno XXXI Karoli regis, ego Wolfrat dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dinenheim* &c. 19. Maj.

MDCCIV.

Donatio Egilberti & Wonadunae.

Ego in Dei nomine Egilbertus & conjux mea Wonadun donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wor-

Wormat. in *Dinenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MDCCV.

Donatio Adelberti & Hildeberti.

29. Mart. In Chriſti nomine, die IIII kalendas Aprilis, anno X karoli regis, ego Adelbertus & frater meus Hildebertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Dinenheim* habere videmur in manſis, curiis, vineis &c.

MDCCVI.

Donatio Willenendi.

Anno XV regnante Pippino rege, ego Willenendus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCCVII.

Donatio Hildeboldi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XIIII regnante Pippino rege, ego Hildeboldus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Dinenheim* habere videor in manſis, terris, vineis &c.

MDCCVIII

Donatio Lantharii.

1. Nov. In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno ſecundo Karoli regis, ego Lantharius dono ad ſanctum Nazarium &c. xxxj de terra in pago Worm. in *Dienheim* &c.

MDCCIX.

Digitized by Google

MDCCIX.
Donatio Gunberti in Dinenheim.

In Chriſti nomine convenit atque complacuit inter venerabilem Helmericum abbatem & quendam nomine Gunbertum, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus vir, in pago Wormat. in *Dienheim*, quidquid de vineis ibidem habere viſus eſt, e contra dedit præfatus abba vineas in *Barchuſer* marca, quas Udo & Heraldus ſancto Nazario tradiderunt, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XII Karoli regis.

MDCCX.
Donatio Bernheri.

In Chriſti nomine, anno ſexto regnante Karolo rege, ego Bernher dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum j cum caſa deſuper & area in pago Worm. in *Dienheim*, & quidquid ibidem habere viſus eſt in terris, campis, vineis, & j mancipium nomine Hartolfum &c.

MDCCXI.
Donatio Ricconis in eodem vico.

Anno XIIII Pippini regis, ego Ricco dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Dinheim* &c.

MDCCXII.
Donatio Gawimanni.

Anno XXII Karoli regis, ego Gawiman dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCCXIII.

Donatio Hermanni & Gawimanni.

8. Jun. In Chriſti nomine, die VI idus Junii, anno VII Karoli regis, ego Herimam & Gauuiman donamus ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCCXIV.

Donatio Haderici in Dinenheim.

Ego in Dei nomine Haderich dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
29. Jan. naſterio Laurisham, die IIII kalendas Februarii, anno XIIII Karoli regis.

MDCCXV.

Donatio Hildeboldi in Bubinheim.

Ego in Dei nomine Hildeboldus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum & j vineam in *pago Wormat.* in *Dinenheimer* marca, & in *Bubinheim* xv jurnales de terra perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MDCCXVI.

Donatio Erici in Dinenheimer marca.

Ego in Dei nomine Erich dono ad ſanctum Nazarium &c. jj vineas in *pago Wormat.* in *Dienheim*, & in *Momenheim* unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
14. Mart. risham die II idus Martii, anno XIIII Ludowici regis.

MDCCXVII.

Digitized by Google

MDCCXVII.

Donatio Liubrandi & Immae ibidem.

In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno tertio Karoli regis, ego Liubrandus & conjux mea Imma donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Dinheimer* marca &c. 1. Nov.

MDCCXVIII.

Donatio Ruthrudis in eadem marca.

Ego in Dei nomine Ruthrud, pro remedio animæ genitoris mei Theuberti & genitricis meæ Hiltrudis, dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Dienheimer* marca, in manſis, campis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCXIX.

Donatio Salemanni & Langozi.

Nos in Dei nomine Salemann & Langoz pro anima Herradi donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid de vineis habere viſus fuit, in pago Worm. in *Dienheim* & *Oppenheim*, & xjjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die X kalendas Februarii, anno XXXV Karoli regis. 23. Jan.

MDCCXX.

Donatio Folgeri & Imminradis.

In Chriſti nomine, anno XIII Karoli regis, ego Folger & conjux mea Irminrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Dinheim* in campis, pratis, vineis, manſis &c.

MDCCXXI.

MDCCXXI.
Donatio Willebaldi.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus epiſcopus cuidam viro nomine Willebaldo in pago Worm. in *Dinheimer* marca vineam unam rebus ſuis contiguam, e contra dedit prædictus vir in eadem marca vineam aliam rebus ſancti Nazarii confinem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VIII Ludowici regis.

MDCCXXII.
Donatio Rudwici in Dinnenheim.

Ego in Dei nomine Ruduuic dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Dienheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Ludowici inperatoris.

MDCCXXIII.
Donatio Strarcradi in eodem vico.

2. Apr. In Chriſti nomine, die IV nonas Aprilis, anno XXI Karoli regis, ego Starcrad, pro remedio animæ Libwini, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Djnheimer* marca &c.

MDCCXXIV.
Donatio Luitgeri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Luitger dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca perpetuali-

Digitized by Google

tualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die VIII kalendas Junii, anno XXXIII Karoli regis. 25. Maj.

MDCCXXV.

Donatio Engilberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XIIII Pippini regis, ego Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dienheimer* marca &c.

MDCCXXVI.

Donatio Bertoldi in Hersfelden Karolo M. rege & Helmerico abbate.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Helmericum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, ut res ſuas pro opportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus abba cuidam viro nomine Bertoldo in *Hersfelder* marca unam hubeſtat, e contra dedit præfatus vir in pago Worm. in *Dinenheimer* marca alteram hubeſtat &c.

MDCCXXVII.

Donatio Matheri in Dinenheimer marca.

In Chriſti nomine convenit atque complacuit inter venerabilem Luiterum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Matherum, ut res ſuas pro oportunitate locorum commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro unam aream in *Boſinsheimer* marca, e contra dedit prædictus vir in *Dinenheimer* marca alteram aream, & vineam unam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio

Digitized by Google

20. Jun. *Oppenheim* (a) die XII kalendas Julii, anno XV (b) Arnolfi regis.

MDCCXXVIII.

Donatio Sigileichi.

Ego in Dei nomine Sigileich dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Dinenheimer* marca, & decem jurnales de terra, & duas vineas & prata, & jjjj mancipia perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXIII Karoli regis.

MDCCXXIX.

Donatio Benedicti in Dinenheimer marca.

In Chriſti nomine, anno XV Pippini regis, ego Benedictus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCCXXX.

Donatio Hiſenberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Hiſenbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Dinenheimer* marca &c.

MDCCXXXI.

Donatio Altberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Altbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. vj vineas in pago Worm. in *Dinenheimer* marca & in *Dalaheim*

(a) Quid ſit monaſterium Oppenheim, non liquet. Puto eſſe erratum in nomine vel proprio vel appellativo, & legendum aut *villa* Oppenheim, aut monaſterio *Laurisham*.

(b) At quindecim annos Arnolfus non regnavit; novum aut feſtinantis calami, aut inſcitiæ monachalis documentum.

heim duos jurnales & unum dimidium ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XL Karoli regis.

MDCCXXXII.

Donatio Gundrammi in Dinenheim.

Ego in Dei nomine Gundram dono ad ſanctum Nazarium &c. duas vineas in pago Worm. in *Dinenheimer* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XII Karoli regis.

MDCCXXXIII.

Donatio Blihtrudis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Blihtrud dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Dinenheimer* marca, & inter *Oppenheim* & *Rudolfesheim* novem vineas ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XX Ludowici regis.

MDCCXXXIV.

Donatio Folcrihi in Frimersheimer marca.

In Chriſti nomine, die X kalendas Aprilis, anno XV Karoli regis, ego Folcrich & filius meus Wigo donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam hubam in *pago Wormat.* in *Frimersheimer* marca, & quidquid ad ipſam aſpicere videtur &c. 23. Mart.

MDCCXXXV.

Donatio Badorichi in eodem vico.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Badorich dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Worm.* in *Frimersheim* cum caſa deſuper & curia, & quidquid ibidem habere viſus ſum, in cam- 27. Maj.

Digitized by Google

pis, terris, vineis, perviis, aquis, & in *Bermersheimer* marca v vineas &c.

MDCCXXXVI.

Donatio Rathbaldi in eodem vico.

27. Maj. In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno XII Pippini regis, ego Ratbald dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jjjj jurnales de terra aratoria in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCXXXVII.

Donatio Werinbaldi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Werinbald dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. manſum unum cum huba in pago Worm. in *Frimersheim*, & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXVIII Ludowici regis

MDCCXXXVIII.

Donatio Richbaldi in Frimersheim.

29. Jul. In Chriſti nomine, die IIII kalendas Auguſti, anno ſexto Karoli regis, ego Folchet pro anima Richbaldi dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales & dimidium in pago Wormat. in *Frimersheim* &c.

MDCCXXXIX.

Donatio Rudolfi.

22. Maj. In Chriſti nomine, die XI kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Rudolfus dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales v de terra in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCXL.

Digitized by Google

MDCCXL.

Donatio Dadilonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Dadilo dono ad ſanctum Nazarium &c. xvj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Frimersheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XV Pippini regis.

MDCCXLI.

Donatio Radwini.

Ego in Dei nomine Radwin & conjux mea Wicrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheimer* marca cum caſa & curia deſuper & jj mancipia. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

MDCCXLII.

Donatio Warini comitis.

Ego in Dei nomine Warinus comes dono ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Richbodo abba præeſſe videtur, unum manſum in pago Worm. in *Frimersheim.* Actum in monaſterio Laurisham, anno XVIIII Karoli regis.

MDCCXLIII.

Donatio Adonis.

Ego in Dei nomine Ado dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die XVIII kalendas Maji, anno IIII Karoli regis. 14. Apr.

MDCCXLIV.

Donatio Rutardi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno VII Karoli regis, ego Ruthard dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Frimersheim* & jv jurnales de terra &c.

MDCCXLV.

Donatio Willebaldi in eodem vico.

25. Jan. In Chriſti nomine, die VIII kalendas Februarii, anno quarto Karoli regis, ego Willebald & germanus meus Hello donamus ad ſanctum Nazarium &c. duas carradas in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCXLVI.

Donatio Otacheri in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Otacher pro anima Wackonis dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quidquid habere viſus eſt in *pago Worm.* in *Frimersheim* & in *Heppheneheimer* marca, in manſis, campis, terris, vineis, perviis, domibus, ædificiis, mancipiis &c.

MDCCXLVII.

Donatio Radwini.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Richbodonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Radwinum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus abba in *pago Wormat.* in *Frimersheim* j manſum cum vineis, e contra dedit præfatus vir in eadem marca vineas x, & in *Bermersheim* vj jurnales de terra ara-

aratoria, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno XXIII Karoli regis.

MDCCXLVIII.
Donatio Rutardi.

In Chriſti nomine, die nonas Novembris, anno XII Karoli regis, ego Ruthard & conjux mea Albgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid de terra aratoria habere videmur in pago Wormat. in *Frimersheim* &c. 5. Nov.

MDCCXLIX.
Donatio Einhardi in Frimersheim.

In Chriſti nomine, anno V Karoli regis, ego Rudolfus & Einhardus donamus ad ſanctum Nazarium &c. xjj jurnales in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCL.
Donatio Rutardi.

In Chriſti nomine, die X kalendas Junii, anno XVI Pippini regis, ego Ruthard dono ad ſanctum Nazarium &c. duos jurnales de terra in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c. 23. Maj.

MDCCLI.
Donatio Bobbonis in Frimersheim.

Ego in Dei nomine Bobbo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno IIII Karoli regis.

MDCCLII.

Digitized by Google

MDCCLII.

Donatio Emichonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno VI Karoli regis, ego Emicho dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Worm. in *Frimersheim* &c.

MDCCLIII.

Donatio Gozberti.

In Chriſti nomine, anno III Karoli regis, ego Gozbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum jurnalem in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca, & quidquid ibidem meæ poſſeſſionis eſſe dinoſcitur &c.

MDCCLIV.

Donatio Baderichi.

Ego in Dei nomine Baderich dono, pro remedio animæ Godehildæ, ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheimer* marca cum omni ædificio ſuperpoſito, & xvjjj jurnales de terra aratoria, & jjj mancipia & quidquid in ipſa marca habere viſa fuit, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

MDCCLV.

Donatio Ratberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XX Karoli regis, ego Rathbrecht & conjux mea Manadun donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheim*, cum ædificio ſuperpoſito, & quidquid ibidem noſtræ poſſeſſionis eſſe dinoſcitur, in vineis; campis, terris, ſimiliter in *Regingiſesfelde* portionem noſtram de ſilva &c.

MDCCLVI.

Digitized by Google

MDCCLVI.

Donatio Autſuindis.

In Chriſti nomine, die idus Febr. anno quarto regnante Karolo rege, ego Auſuint pro anima filiæ meæ Fulſuindæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c. 13. Febr.

MDCCLVII.

Donatio Herimari in Frimersheim.

In Chriſti nomine, anno VII Karoli regis, ego Herimar dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCLVIII.

Donatio Sigehardi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Sigehard & germanus meus Iſinhardus donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IV Karoli regis.

MDCCLIX.

Donatio Warinberti ibidem.

In Chriſti nomine, anno XVI Pippini regis, ego Warinbertus & conjux mea Adelheit donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid noſtræ poſſeſſionis eſſe dinoſcitur, in pago Worm. in *Frimersheim*, in manſis, campis, vineis, & vjj mancipia, & in *Anoloſelde* portionem noſtram de ſilva &c.

Digitized by Google

MDCCLX.
Donatio Audingi.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Audingum epiſcopum, & Richbodonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus epiſcopus in pago Worm. in *Frimersheimer* marca unum jurnalem de terra, e contra dedit prædictus abba in eadem marca alium jurnalem in ea ratione, ut uterque quod accepit, habeat atque poſſideat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIX Karoli regis.

MDCCLXI.
Donatio Salchonis ibidem.

In Chriſti nomine, anno XIIII Karoli regis, ego Salcho pro anima filii mei Folcmanni dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCLXII.
Donatio Salchonis.

1. Nov. In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno XVI Pippini regis, ego Salcho dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jjj jurnales in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCLXIII.
Donatio Sigimundi in Frimersheim.

Ego in Dei nomine Sigimundus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Frimersheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
6. Jul. Laurisham, die II nonas Julii, anno XIIII Karoli regis.

MDCCLXIV.

MDCCLXIV.
Donatio Baderici in eodem vico.

Ego in Dei nomine Baderich dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum & dimidium in pago Wormat. in *Frimersheim* cum omni ædificio ſuperpoſito, & v jurnales de terra aratoria, & unam vineam in *Ominsheim* & unum mancipium, nomine Edeluuin, & in *Vodenheimer* marca vjj jurnales & unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXV Karoli regis.

MDCCLXV.
Donatio Heginonis ibidem.

Ego in Dei nomine Hegino dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. duo mancipia in pago Worm. in *Frimersheim*, & quidquid ibidem habere viſus ſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIII Karoli regis.

MDCCLXVI.
Donatio Egilolfi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XI Karoli regis, ego Egilolfus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jj jurnales de terra in pago Worm. in *Frimersheim*, & unam vineam in *Batenheim* &c.

MDCCLXVII.
Donatio Erlwini.

Ego in Dei nomine Erluuin dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. aream unam in pago Worm. in *Frimersheim* cum omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid in eadem marca vel in *Dudilesheim* habere viſus ſum in terris, domibus, ædi-

Digitized by Google

ficiis, areis, vineis, campis, pratis, perviis &c. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Ludowici regis.

MDCCLXVIII.

Donatio Willebaldi & Richberti.

In Chriſti nomine, anno ſecundo Karoli regis, ego Willebaldus & Richbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Frimersheim* habere videor, in manſis, terris, vineis &c.

MDCCLXIX.

Donatio Herimanni in eodem vico.

Ego in Dei nomine Heriman, pro anima fratris mei Wanberti, dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j jurnalem in pago Worm. in *Frimersheim*, & duos in *Heppenheim ſuperiore* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXV Karoli regis.

MDCCLXX.

Donatio Hilberti in Frimersheim.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Richbodonem abbatem, & virum quendam Hiltbertum, ut partem de rebus ſuis inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus vir in pago Worm. in *Frimersheim* unum manſum cum vineis, e contra dedit præfatus abba in eadem marca alterum manſum cum vineis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIII Karoli regis.

MDCCLXXI.

Digitized by Google

MDCCLXXI.

Donatio Iburini in eodem vico.

Ego in Dei nomine Iburin pro remedio animæ Luithardi dono ad ſanctum Nazarium &c. molendinum unum in pago Worm. in *Frimersheim* & dimidiam hubam in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIII Ludowici regis.

MDCCLXXII.

Donatio Erphonis & Rimudis.

Ego in Dei nomine Erpho & uxor mea Rimud donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Frimersheimer* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VIII Karoli regis.

MDCCLXXIII.

Donatio Nantheri in Frimersheim.

In Chriſti nomine, anno VIII Karoli regis, ego Nanther dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheim* &c.

MDCCLXXIV.

Donatio Diberti.

Ego in Dei nomine Dibertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem & dimidium in pago Worm. in *Frimersheim*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXI Karoli regis.

Digitized by Google

MDCCLXXV.

Donatio Racheri & Nantheri.

Ego in Dei nomine Racher & germanus meus Nanther donamus ad ſanctum Nazarium &c. duos jurnales in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno V Karoli regis.

MDCCLXXVI.

Donatio Bodonis in Frimersheimer marca.

In Dei nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Richbodonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Bodonem, ut partem de rebus inter ſe commutarent. Dedit igitur memoratus vir in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca, unum manſum cum terra arabili, e contra dedit præfatus abba in *Umineshein* v jurnales in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIII Karoli regis.

MDCCLXXVII.

Donatio Folberadi in eadem marca.

28. Aug. In Chriſti nomine, die V kalendas Septembris, anno III Karoli regis, ego Folberad dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca habere videor, in manſis, campis, ſilvis, vineis, aquis &c.

MDCCLXXVIII.

Donatio Wendilberti ibidem.

Ego in Dei nomine Wendilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in *pago Worm.* in *Frimersheimer* marca, cum

Digitized by Google

cum huba & quidquid ad illam pertinet, & in *Munzinheim* unam vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die V kalendas Martii, anno XII Karoli regis. 25. Febr.

MDCCLXXIX.
Donatio Folberadi.

In Chriſti nomine, die VI idus Martii, anno IIII Karoli regis, 10. Mart
ego Folberath pro anima filii mei, nomine Leidrad, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheim*, & quidquid ibidem habere viſus ſum de terra aratoria, campis, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis &c.

MDCCLXXX.
Donatio Lantfridi & Berhtlauci.

In Chriſti nomine, anno X Karoli regis, ego Lantfrid & Berhtlauch donamus ad ſanctum Nazarium &c. xxv jurnales & unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca, & jjj prata &c.

MDCCLXXXI.
Donatio Iſenberti & Teudradis.

Ego in Dei nomine Iſenbertus & conjux mea Teudrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Frimersheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno quarto Karoli regis.

MDCCLXXXII.
Donatio Racheri in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Racher dono ad ſanctum Nazarium &c. unum dimidium jurnalem in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c. MDCCLXXXIII.

Digitized by Google

MDCCLXXXIII.

Donatio Trutlibae.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Trutliba dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Worm. in *Frimersheim* &c.

MDCCLXXXIV.

Donatio Ruthardi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Ruthard dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra, in pago Wormat. in *Frimersheim* perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno quinto Karoli regis.

MDCCLXXXV.

Donatio Emmeradi & Hunholdi.

Nos in Dei nomine Ermenrad & Hunholt donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *Frimersheim*, & quidquid ibidem habere potuimus, in campis, ſilvis, vineis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCLXXXVI.

Donatio Hellonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XVI Karoli regis, ego Hello dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in pago Wormat. in *Frimersheim* &c.

MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

MDCCLXXXVII.
Donatio Willeberti.

In Chriſti nomine, die Novembris, anno VII Karoli regis, ego Willebertus dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra arabili in pago Wormat. in *Fremersheimer* marca &c.

MDCCLXXXVIII.
Donatio Otiliae in eodem vico.

In Chriſti nomine, die VIIII kalendas Julii, anno VIII Ka- 23. Jun.
roli regis, ego Otilia dono ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales de terra arabili in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCLXXXIX.
Donatio Adelhelmi in Frimersheim.

In Chriſti nomine, die III kalendas Septembris, anno XI Ka- 30. Aug.
roli regis, ego Adelhelmus dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in pago Worm. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCXC.
Donatio Erulfi.

In Chriſti nomine, complacuit atque convenit inter venerabilem Adalungum, abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam Orloſum, ut partem de rebus ſuis inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca j jurnalem, rebus ſancti Nazarii contiguum, é contra dedit præfatus vir in eadem marca unum manſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVII Ludowici inperatoris.

Digitized by Google

MDCCXCI.
Donatio Williberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno II Karoli regis, ego Willebertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheim* perpetualiter &c.

MDCCXCII.
Donatio Geroldi.

In Chriſti nomine, anno XIII Karoli regis, ego Geroldus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormat. in *Frimersheim* & in *Hepphenheim* j, & quidquid in eisdem marcis habere videor, in manſis, campis, pratis, perviis, vineis, domibus, ædificiis, & v mancipia &c.

MDCCXCIII.
Donatio Adelhelmi ibidem.

Homo quidam nomine Adelhelm tradidit ad ſanctum Nazarium in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca jurnalem unum. Actum in monaſterio Laurisham, anno V Ludowici inperatoris.

MDCCXCIV.
Donatio Waltheri & Iſingardis.

Anno XI Karoli regis, Waltherus & conjux ejus Iſingart tradiderunt ad ſanctum Nazarium in pago Worm. in *Frimersheim* quartam partem hereditatis ſuæ, & in *Gimminheim* unum agrum, ſtipulatione ſubnixa.

MDCCXCV.

MDCCXCV.

Donatio Autſuindis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno quarto Karoli regis, ego Autſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales in pago Worm. in *Frimersheim*, & in *Wiſia* marca jurnalem unum perpetualiter &c.

MDCCXCVI.

Donatio Landfridi in Frimersheim.

In Chriſti nomine, die II idus Septemb. anno quarto Karoli regis, ego Lantfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca, & vj jurnales de terra arabili &c. 12. Sept.

MDCCXCVII.

Donatio Hunoldi.

Anno tertio regnante Karolo rege, ego Hunold dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Frimersheimer* marca &c.

MDCCXCVIII.

Donatio Autrichi in Wendilsheimer marca.

Anno quarto Karoli regis, ego Autrich dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Worm.* in *Wendilsheimer* marca habere videor, ſtipulatione ſubnixa. Actum &c.

MDCCXCIX.

Donatio Hildegardis.

In Chriſti nomine, anno XX Karoli regis, ego Hildegard dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Wormat.*

in *Wendilsheimer* marca habere videor, in manſis, campis, pratis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, & jjjj mancipia &c.

MDCCC.

Donatio Benedictae in eodem vico.

Quædam femina nomine Benedicta tradidit ad ſanctum Nazarium vjj mancipia in pago Wormat. in *Wendilsheim.*

MDCCCI.

Donatio Autrichi.

In Chriſti nomine, anno IIII Karoli regis, ego Autrich dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Wendilsheim*, & unam vineam &c.

MDCCCII.

Donatio Balduini.

Ego in Dei nomine Balduin dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Wormat. in *Wendilsheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno quarto Karoli regis.

MDCCCIII.

Donatio Ermeradi & Hunoldi.

Ego in Dei nomine Ermenrad, filius meus Hunoldus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Wormat. in *Wendilsheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCIV.

Digitized by Google

MDCCCIV.

Donatio Truandi, Ratſuindis & Irmindrudis.

Ego in Dei nomine Truand & ſorores meæ Ratſuind & Irmindruth, donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Worm. in *Wendilsheimer* marca, cum omni ædificio ſuperpoſito, & de terra aratoria jurnales LXXVJJJ, & de terra inculta ad jurnales C & de pratis ad carradas XV ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVII Ludowici imperatoris.

MDCCCV.

Donatio Liutfridi in Wendilisheim.

In Chriſti nomine, anno XV Pippini regis, ego Liutfrid pro anima fratris mei Riſridi dono ad ſanctum Nazarium &c. tres jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Wendilsheim*, & j pratum &c.

MDCCCVI.

Donatio Wolferi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Wolfherus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Wendilsheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Karoli regis.

MDCCCVII.

Donatio Theodrici & Landſuindis.

In Chriſti nomine, anno XXVI Karoli regis, ego Theotrich & conjux mea Landſuind donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere potuimus iu *pago Wormat.* in *Wendilheim*, in manſis, campis, perviis, ſilvis, domibus & ædificiis,

aquis, pomeriis, & mancipia xvjjjj cum tribus hubis & omnibus, quæ habeant, & in *Heimridesheim* jj vineas, & in *Butinsheim* ſilvam, & quidquid habere videmur, vel deinceps elaborare poterimus &c.

MDCCCVIII.

Donatio Leidradi & Diſonis.

Nos in Dei nomine Leidradus & Diſo dono ad ſanctum Nazarium jjj jurnales in pago Wormat. in *Wendilsheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Karoli regis.

MDCCCIX.

Donatio Hildegardis ibidem.

Ego in Dei nomine Hiltegart dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in *pago Worm.* in *Wendilsheimer* marca, jj manſos cum hubis & jjjj prata, & in *Bermersheim* dimidium manſum & unam vineam & quidquid in prædictis locis habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVIIII Karoli regis.

MDCCCX.

Donatio Sturolfi in Wendilisheimer marca.

In Chriſti nomine, anno XXI Karoli regis, ego Sturolf pro anima Erlheri, quod ipſe mihi tradidit, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Wendilsheim* &c.

MDCCCXI.

MDCCCXI.

Donatio Willeheri.

In Chriſti nomine, anno VIII Karoli regis, ego Willeher dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Wendilsheim* perpetualiter &c.

MDCCCXII.

Donatio Wulfrici in eodem.

Ego in Dei nomine Wulfrich dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Wendilsheim*, & quidquid de ſilva ad ipſam vineam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Karoli regis.

MDCCCXIII.

Donatio Adae in eadem marca.

In Chriſti nomine, anno XVI Pippini regis, ego Ada dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Wendilsheim* & in *Witersheim* habere videor, in manſis, ſilvis, vineis, aquis &c.

MDCCCXIV.

Donatio Friheri.

In Chriſti nomine, anno VIII Karoli regis, ego Friher dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Wendilsheimer* marca habere videor, in manſis, campis, perviis, ſilvis, vineis, aquis, terris cultis & incultis &c.

MDCCCXV.

Digitized by Google

MDCCCXV.

Donatio Willeheri.

Item ego Willeher in eadem marca tradidi ad ſanctum Nazarium jj jurnales de terra coram teſtibus Goteſcalco, Ricolfo, Reginolfo.

MDCCCXVI.

Donatio Nantheri in Brittenheim.

Ego in Dei nomine Nanther dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales de terra aratoria in *pago Wormat.* in *Brittenheimer* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCXVII.

Donatio Ragindrudis & Reginhardi.

In Chriſti nomine, anno quarto Karoli regis, Ragintrud & filius meus Reginhard donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. curiam j in pago Wormat. in *Brittenheimer* marca, & xvjjj jurnales de terra aratoria &c.

MDCCCXVIII.

Donatio Dudonis in Binger marca.

Ego in Dei nomine Dudo dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales in *pago Wormat.* in *Brittenheimer* marca & in *Binger* marca manſum j cum caſa, vineis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCXIX.

Digitized by Google

MDCCCXIX.

Donatio Aberhildis in Brittenheim.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Aberhild dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam j in pago Wormat. in *Brittenheimer* marca &c.

MDCCCXX.

Donatio Giſonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Giſo dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Brittenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCXXI.

Donatio Dudonis & Nantheri.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Dudo & filius meus Nanther donamus ad ſanctum Nazarium &c. LXjj jurnales in pago Wormat. in *Brittenheimer* marca &c.

MDCCCXXII.

Donatio Nibelungi.

Homo quidam nomine Nibelungus vendidit venerabili Gundelando, abbati de monaſterio ſancti Nazarii, quinque jurnales de terra arabili in pago Wormat. in *Brittinheimer* marca, unde accepit a prædicto abbate in pretio xxx ſolidos, & ipſam terram tradidit perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Karoli regis.

Digitized by Google

MDCCCXXIII.

Donatio Guichonis in Brittenheimer marca.

In Chriſti nomine, anno ſexto Karoli regis, ego Guicho dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Brittenheim* perpetualiter &c.

MDCCCXXIV.

Donatio Giſonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XVI Pippini regis, ego Giſo dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Britcinheim* &c.

MDCCCXXV.

Donatio Willingi & Bumanni.

Ego in Dei nomine Willingus & frater meus Bumannus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. quidquid habere videmur in *pago Wormat.* in *Mettenheimer* marca, in manſis, domibus, ædificiis, campis, vineis, ſilvis, aquis, & baſilicam in ipſa villa, quæ conſtructa eſt in honore ſancti Martini & ſancti Briccii, & in *Eſinloch* de terra arabili jurnales xx, & in *Gimminsheim* jj jurnales & j pratum ad carradas x de feno, & mancipia xxvjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno III Karoli regis.

MDCCCXXVI.

Donatio Ruberti in Mettenheim.

Ego in Dei nomine Rubertus, filius RUBERRI COMITIS, dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos cum hubis in *pago Wormat.* in *Mettenheimer* marca, & quidquid ad ipſos manſos pertinet, & de terra aratoria jurnales XLVJJJ, & de vineis jur-

Digitized by Google

jurnales xjjj, & prata ad carradas vj, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIII Ludowici inperatoris.

MDCCCXXVII.

Donatio Nebonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XIIII Karoli regis, ego Nebo dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Mettenheimer* marca &c.

MDCCCXXVIII.

Donatio Gunberti.

In Chriſti nomine, die V kalendas Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Gunbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. jurnales jjj de terra aratoria in pago Wormat. in *Mettenheimer* marca &c. 27. Jun.

MDCCCXXIX.

Donatio Helmgari in Mettenheim.

Anno XIIII Pippini regis, ego Helmgar dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Mettenheimer* marca &c.

MDCCCXXX.

Donatio Erlefridi & Rucheri.

Nos in Dei nomine Erlefridus & Rucherus venerabili Gundelando, abba de monaſterio Laurisham, vendidimus vineam j in pago Wormat. in *Mettenheim*, & accepimus ab ipſo in pretio vjjj ſolidos tantum, ſtipulatione ſubnixa.

MDCCCXXXI.

Donatio Erleſridi.

18. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Junii, anno XI Karoli regis, ego Erlefridus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineas jj in pago Worm. in *Mettenheim* &c.

MDCCCXXXII.

Donatio Heribaldi in Mettenheim.

Ego in Dei nomine Heribald Ruthardo presbitero de monaſterio Laurisham vendidi vineam unam in pago Worm. in *Mettenheimer* marca, & accepi ab ipſo in pretio dimidiam libram argenti, & ipſam vineam tradidi perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Mettenheim*, die
16. Jul. XVII kalendas Auguſti, anno XIII Ludowici inperatoris.

MDCCCXXXIII.

Donatio Bercheri.

18. Jan. In Chriſti nomine, die XV kalendas Februarii, anno XV Pippini regis, ego Bercherus dono ad ſanctum Nazarium &c. duas vineas in pago Wormat. in *Mettenheimer* marca & j jurnalem de terra &c.

MDCCCXXXIV.

Donatio Hegleduini in Mettenheim.

In Chriſti nomine, anno XIIII Pippini regis, ego Hegleduinus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Mettenheim* &c.

MDCCCXXXV.

Digitized by Google

MDCCCXXXV.

Donatio Mengoti comitis.

Anno XXXVI Ludowici regis, Mengoz comes & nepos ejus Vodo tradiderunt ad ſanctum Nazarium in pago Worm. in *Mettenheim* j manſum cum omnibus appenditiis ſuis, præſente Titrocho abbate &c.

MDCCCXXXVI.

Donatio Folradi.

Ego in Dei nomine Folrad dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Mettenheim* ſtipulatione ſubnixa.. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Karoli regis.

MDCCCXXXVII.

Donatio Gerwini in eodem vico.

Ego in Dei nomine Gerniu dono ad ſanctum Nazarium &c. v mancipia cum omnibus, quæ habere videntur, in pago Worm. in *Mettenheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MDCCCXXXVIII.

Donatio Ratbodonis in Albucher marca.

Nos in Dei nomine Ratbodo & Werdolf & Geilſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videmur in *pago Worm.* in *Albucher* marca, in manſis, campis, perviis, aquis, vineis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIII Karoli regis.

MDCCCXXXIX.
Donatio Erneſtonis.

Ego in Dei nomine Erneſt dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Albucher* marca cum vineis, campis, perviis, aquis & omnibus, quæ ad ipſum manſum pertinere videntur &c. Actum in monaſterio Laurisham, anno quinto Karoli regis.

MDCCCXL.
Donatio Lantbodonis in Albucha.

Ego in Dei nomine Lantboto dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Albucher* marca in manſis, campis, vineis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCXLI.
Donatio Witegowonis in Albucher marca.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Witegowo dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Albecher* marca &c.

MDCCCXLII.
Donatio Erradi.

Ego in Dei nomine Errardus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Albucha*, & j vineam & xxx jurnales pro anima fratris mei Ecchehardi ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCXLIII.

Digitized by Google

MDCCCXLIII.

Donatio Adelhardi.

In Chriſti nomine, anno III Karoli regis, ego Adelhardus dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Albucher* marca &c.

MDCCCXLIV.

Donatio Teothae in Albucha.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Tehota dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Albucha*, in manſis, campis, perviis, ſilvis, vineis, aquis &c. 24. Jun.

MDCCCXLV.

Donatio Waccheri & Irmingardis.

In Chriſti nomine, die XI kalendas Maji, anno XVI Pippini regis, ego Waccherus & conjux mea Irmingart donamus ad ſanctum Nazarium &c. xjj jurnales de terra in pago Worm. in *Albucha* & vineam &c. 21. Apr.

MDCCCXLVI.

Donatio Gerberti.

In Chriſti nomine, die III kalendas Maji, anno XX Karoli regis, ego Gerbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. xjjjj jurnales de terra aratoria in pago Worm. in *Albucha* &c. 29. Apr.

MDCCCXLVII.

Digitized by Google

MDCCCXLVII.

Donatio Bubonis in Albucha.

Ego in Dei nomine Bubo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Albucher* marca, & jjj vineas, & quidquid ibidem habere viſus ſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXI Karoli regis.

MDCCCXLVIII.

Donatio Warnarii in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno III Karoli regis, ego Warnarius dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Albucha*, in manſis, campis, vineis &c.

MDCCCXLIX.

Donatio Bertoldi.

In Chriſti nomine, anno quinto Karoli regis, ego Bertoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Worm. in *Albucha*, in mauſis, campis, vineis, aquis, ſilvis &c.

MDCCCL.

Donatio Tanchradi & Bertrudis.

Ego in Dei nomine Tanchrat & uxor mea Berhtrud dono ad ſanctum Nazarium &c. j jurnalem in pago Wormat. in *Albucha* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCLI.

Digitized by Google

MDCCCLI.

Donatio Artgeri in Rudolfesheim.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Maji, anno XI Karoli regis, ego Arthgerus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in *pago Wormat.* in *Rudolfesheimer* marca &c. 1. Maj.

MDCCCLII.

Donatio Godehildis in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die XIII kalendas Aprilis, anno VIII Karoli regis, ego Godehilt dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Worm. in *Rudolfesheimer* marca, & in *Dulfisheim* vjj prata &c. 20. Mart.

MDCCCLIII.

Donatio Hirminhildis ibidem.

In Chriſti nomine, ſub die IIII idus Auguſti, anno XIIII Pippini regis, ego Hirminhildis dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Rudolfesheim* &c. 10. Aug.

MDCCCLIV.

Donatio Amelberti.

In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno V Karoli regis, ego Amelbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Rudolfesheim* &c. 12. Jun.

Digitized by Google

MDCCCLV.

Donatio Albuini in eodem vico.

6. Jul. In Chriſti nomine, ſub die II nonas Julii, anno VII Karoli regis, ego Albuin dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Rudolfesheimer* marca &c.

MDCCCLVI.

Donatio Franconis.

21. Mart. In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Franco pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Rudolfesheim* &c.

MDCCCLVII.

Donatio Rudolfi in eodem vico.

2. Apr. In Chriſti nomine ſub die IV nonas Aprilis, anno quinto decimo Pippini regis, ego Rudolfus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Rudolfesheim* &c.

MDCCCLVIII.

Donatio Wittonis in Rudolfesheim.

23. Jul. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Auguſti, anno XIIII Pippini regis, ego Witto dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Worm. in *Rudolfesheim* &c.

MDCCCLIX.

Donatio Ranuoldi in eodem vico.

25. Oct. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Novem. anno XV Pippini regis, ego Ranuoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in pago Wormat. in *Rudolfesheim* &c.

MDCCCLX.

Digitized by Google

MDCCCLX.
Donatio Eberholdi.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Octobris, anno XV Karoli regis, ego Eberhold dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Worm.* in *Rudolfesheim*, & in *Heichino*, & in *Hammo*, & in *Alasheim*, *Dinenheim*, *Oppenheim* & *Bermodesheim*, & in *pago* R*enenſi* in *Raureheim*, quidquid in his locis habere viſus ſum, in manſis, campis, perviis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, & jjjj mancipia cum omnibus, quæ habere videntur &c. 14. Oct.

MDCCCLXI.
Donatio Teucholdi in Dalaheim.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Julii, anno VI Karoli regis, ego Teuchold dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in *pago Worm.* in *Dalaheim* &c. 29. Jun.

MDCCCLXII.
Donatio Bubonis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno XXXVI Karoli regis ego Bubo dono ad ſanctum Nazarium &c. unam Baſilicam in *pago Worm.* in *Dalaheim*, in honore ſancti Martini conſtructam, & manſum, in quo ipſa Baſilica ſita eſt, & xxv jurnales, & jj ſervos, & inter *Dienheim* & *Oppenheim* jjjj vineas ad ipſam eccleſiam pertinentes &c.

MDCCCLXIII.
Donatio Bionis in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno VIII Karoli regis, ego Bio dono ad ſanctum Nazarium &c. xjj jurnales de terra & unam vineam in pago Wormat. in *Dalaneimer* marca &c.

Digitized by Google

MDCCCLXIV.
Donatio Reginberti.

5. Jun. In Chriſti nomine, ſub die nonas Junii, anno ſexto Karoli regis, ego Reginbertus pro remedio animæ Sincgeri dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus fuit in pago Wormat. in *Dalaheimer* marca in manſis, campis, perviis, aquis, vineis &c.

MDCCCLXV.
Donatio Adalungi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Adalungus dono ad ſanctům Nazarium &c. jj jurnales in pago Wormat. in *Dalaheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno III Karoli regis.

MDCCCLXVI.
Donatio Willehardi.

Ego in Dei nomine Willehart pro remedio animæ Egihardi dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam, quam ipſe Eigehardus mihi tradidit in pago Worm. in *Dalaheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno II Ludowici inperatoris.

MDCCCLXVII.
Donatio Liugardis in eodem vico.

23. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Julii, anno VI Ludowici regis, ego Liugart dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Dalaheimer* marca, & in ipſo manſo vineam j & domum unam & curiam, & de terra arabili jurnales xvj, & in alio loco in eadem marca jj vineas ad

Digitized by Google

ad ipſum manſum pertinentes, & jjjj prata, & quidquid ibidem habere viſa ſum, & in *Oppenheim* vineam j &c.

MDCCCLXVIII.
Donatio Madeleici & Windeleici.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Maji, anno XVII Karoli regis, ego Madaleich & Winleich donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj vineas in pago Wormat. in *Dalaheimer* marca &c. 23. Apr.

MDCCCLXIX.
Donatio Billehelmi.

Ego in Dei nomine Billehelm dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem de terra in pago Wormat. in *Dalaheimer* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in m onaſterio Laurisham, anno XII Ludowici inperatoris.

MDCCCLXX.
Donatio Geroldi in Dalaheim.

Ego in Dei nomine Gerolt dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Dalaheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XLI Karoli inperatoris.

MDCCCLXXI.
Donatio Hezilonis ibidem.

Homo quidam nobilis, *Hezil* nomine, tradidit Deo & ſancto Nazario prædium ſuum in *Dalaheim* pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum, nos vero id ipſum prædium hereditario jure ſub hac conditione ei, ſuisque poſteris conceſſimus, ut exinde in palmis cum xxx nummis & in feſto

 beati

beati Martini cum aliis xxx fratribus ſerviatur. Actum in monaſterio Laurisham, ſub venerabili Anſelmo abbate.

MDCCCLXXII.

Donatio Godewini in eodem vico.

10. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Junii, anno XV Pippini regis, ego Goduin dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Wormat. in *Dalaheimer* marca perpetualiter &c.

MDCCCLXXIII

Donatio Wantheri in Bertolfesheim.

18. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Junii, anno ſecundo Karoli inperatoris, (a) ego Willeſuint & filii mei Wantherus & Rutherus donamus ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, jjj jurnales de terra in *pago Wormat.* in *Bertolfesheim* & j pratum &c.

MDCCCLXXIV.

Donatio Raningi ibidem.

In Chriſti nomine, anno VII Karoli inperatoris, ego Raningus dono ad ſanctum Nazarium qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur jj jurnales in pago Worm. in *Bertolfesheim* &c.

MDCCCLXXV.

(a) Quum ex Gundelando abbate pateſcat, de Carolo M. eſſe ſermonem, & anno regni ejus ſecundo, qui incidit in an. Chr. DCCLXX, *imperatoris* titulum hic & in chartis ſequentibus, paſſimque alibi male is ſuſtinet, quem triginta poſt annis demum impetravit. Corruptelas has codicis magis, quam chartarum confectori imputamus.

Digitized by Google

MDCCCLXXV.
Donatio Guduini.

Ego in Dei nomine Guduinus dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *Bertolfesheim* cum huba & cunctis, quæ ad ipſum pertinent ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno III Karoli inperatoris.

MDCCCLXXVI.
Donatio Haluchonis & Reichonis.

In Chriſti nomine, anno XI Karoli regis, ego Halucho & Reicho pro anima Folcſuindæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales in pago Wormat. in *Bertolfesheim* &c.

MDCCCLXXVII.
Donatio Teutberti in Bertolfesheim.

In Chriſti nomine, ſub die XVII kalendas Auguſti, anno XV Pippini regis, ego Teutbertus pro anima Giſelberti dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Bertolfesheimer* marca, & jjj jurnales, & in uno jurnali molendinum & duo prata & unam vineam &c. 16. Jul.

MDCCCLXXVIII.
Donatio Rutſuindi in Ditelsheim.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Julii, anno VI Karoli regis, ego Rutſuint dono ad ſanttum Nazarium &c. manſum unum in *pago Worm.* in *Ditelsheim* cum ædificiis, & quidquid ad ipſum manſum pertinet, & mancipia ſex &c. 29. Jun.

MDCCCXXIX.

Digitized by Google

MDCCCLXXIX.

Donatio Wolfonis in eodem vico.

20. Sept. In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Octobr. anno VII Karoli regis, ego Wolf dono ad ſanctum Nazarium &c.* quidquid habere viſus ſum in pago Worm. in *Dietelsheim* & jj mancipia &c.

MDCCCLXXX.

Donatio Geroldi in Eichinen.

1. Jul. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Julii, anno XVI Karoli regis, ego Geroldus & conjux mea Imma donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videmur in *pago Wormat.* in *Eichinen* & *Mettenheim*, *Oſtowa* in manſis, campis, perviis, vineis, mancipiis, ſimiliter in *Lobedengowe*, in *Becheim* & *Trutolfesheim* & *Blanchenſtat*, in manſis, campis, terris, perviis, vineis, ſilvis, aquis, & quidquid habere videmur; ſimiliter in *Angalachgowe* in *Muhlnen*, & in *Greichgowe* ad *Menzingen* & in *Auvinesheim*, & in *Husgowe* in *Siechenheim* & in *Heidolfesheim*, *Heppenheim*, *Hintenheim*, *Reginesheim*, *Helmolfesheim* & *Ruchesheim*, in his locis ſupradictis, quidquid habere videmur, donamus &c.

MDCCCLXXXI.

Donatio Wanberti in Eichingen.

In Chriſti nomine, anno XIIII Karoli, regis ego Wanbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Worm.* in *Heichinen* cum jj hubis, & ſeptem prata & jjj mancipia &c.

MDCCCLXXXII.

Digitized by Google

MDCCCLXXXII.

Donatio Willehardi in Heſinloch.

Ego in Dei nomine Willehart & filius meus Adelhart donamus ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales de terra aratoria in *pago Worm.* in *Heſinloch* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXV Karoli regis.

MDCCCLXXXIII.

Donatio Madelberti in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Januarii, anno III Karoli regis, ego Madelbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Heſinloch* &c. 28. Dec.

MDCCCLXXXIV.

Donatio Bernichonis.

In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Novemb. anno XVI Pippini regis, ego Bernicho dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in pago Wormat. in *Heſinlocher* marca &c. 29. Oct.

MDCCCLXXXV.

Donatio Erluini & Werinhardi.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Maji, anno XXVIII Karoli regis, ego Erluin pro remedio animæ Werinhardi dono ad ſanctum Nazarium &c. LXXX jurnales de terra aratoria, & de vineis vjjj carradas, & de pratis ad vj carradas &c. 22. Apr.

Digitized by Google

MDCCCLXXXVI.
Donatio Erneſtonis in eodem vico.

23. Jan. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Februarii, anno XVI Pippini regis, ego Erneſt dono ad ſanctum Nazarium &c. v jurnales in pago Wormat. in *Heſinloch* &c.

MDCCCLXXXVII.
Donatio Warmundi in eodem vico.

In Chriſti nomine, anno primo Karoli regis, ego Warmund dono ad ſanctum Nazarium &c. duos jurnales in pago Worm. in *Heſinloch* &c.

MDCCCLXXXVIII.
Donatio Teugardis.

Ego in Dei nomine Teugardis dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in pago Wormat. in *Heſinloch* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Karoli regis.

MDCCCLXXXIX.
Donatio Irlichonis & Birnichonis.

Ego in Dei nomine Irlicho pro remedio animæ Birnichonis, genitoris mei, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Heſinloch* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
8. Maj. die VIII idus Maji, anno XXVIIII Karoli regis.

MDCCCXC.

Digitized by Google

MDCCCXC.
Donatio Teuteri in Botensheim.

In Chriſti nomine, ego Theutherus & Geila donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in *pago Wormat.* in *Botensheimer* marca & unum jurnalem de terra ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Karoli regis.

MDCCCXCI.
Donatio Audulfi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Audulfus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam Baſilicam in *pago Wormat.* in *Botinesheimer* marca, quæ conſtructa eſt in honore ſancti Michaelis, & quidquid habere videor in terris, domibus, ædificiis, manſis, campis, perviis, ſilvis, vineis, aquis, mancipiis; ſimiliter in *Brunheimer* marca duas vineas & ſilvam perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCXCII.
Donatio Geroldi & Autlindis.

In Chriſti nomine, ſub die IIII idus Maji, anno III Karoli regis, ego Geroldus & conjux mea Autlindis donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Butinesheim* cum caſa deſuper & area, & omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid habere videor in manſis, campis, terris, ſilvis, vineis &c. 12. Maj.

MDCCCXCIII.
Donatio Giſelhardi & Thiodoldi.

Nos in Dei nomine Giſelhart & Thiodolt donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. baſilicam in pago Worm.

in *Botinsheim*, & quidquid habere videmur in terris, vineis, campis, ſilvis, aquis, mancipiis, & jj hubas & jj manſos, jurnales LX, vineas jj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Ludowici imperatoris.

MDCCCXCIV.

Donatio Bennonis.

Ego in Dei nomine Benno dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in pago Worm. in *Butinsheim*, & jj vineas ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VII Karoli regis.

MDCCCXCV.

Donatio Egilolſi in Botinsheim.

Ego in Dei nomine Egilolfus venerabili Gundelando abbati de monaſterio Laurisham vendidi in pago Worm. in *Botinsheimer* marca decem jurnales de terra aratoria, & accepi ab ipſo in pretio unum caballum ſtipulatione ſubnixa. Actum
3. Jan. in monaſterio Laurisham, die quinta nonas Januarii, anno XV Pippini regis.

MDCCCXCVI.

Donatio Landſuindis in eodem vico.

26. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Junii, anno decimo Karoli imperatoris, ego Lantſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Butinsheimer* marca, & unum agrum & jj prata &c.

MDCCCXCVII.

Digitized by Google

MDCCCXCVII.
Donatio Heidolfi.

In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Maji, anno XXX Karoli regis, ego Heidolf & conjux mea Egehilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Butinsheimer* marca habere videmur in campis, ſilvis, vineis &c. 20. Apr.

MDCCCXCVIII.
Donatio Lantſuindis in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Junii, anno decimo Karoli imperatoris, ego Lantſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Butinsheimer* marca, & unum agrum & jj prata &c. 26. Maj.

MDCCCXCIX.
Donatio Heidolfi.

In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Maji, anno XXX Karoli regis, ego Heidolf & conjux mea Egehild donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Worm. in *Butinsheimer* marca habere videmur, in campis ſilvis, vineis &c. 20. Apr.

MDCCCC.
Donatio Lantſuindis in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Januarii, anno III Karoli regis, ego Lantſuindis dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in pago Wormat. in *Botinsheimer* marca & dimidietatem de ſilva, quæ ad ipſas hubas pertinet, item in alia marca in *Ulſtreitesheim* pro anima Herewici filii mei, vineam unam &c. 24. Dec.

MDCCCCI.

Donatio Eremberti.

9. Sept. In Chriſti nomine, ſub die V idus Sept. anno quarto Karoli inperatoris, ego Erembertus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Botinsheimer* marca habere videor, in manſis, campis, pratis, terris, ſilvis, vineis, aquis, &c.

MDCCCCII.

Donatio Leibolſi in Guntmarsheim.

Ego in Dei nomine Leibolf pro anima ſororis meæ Egilſuindæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Wormat.* in *Guntmarsheim* & LX jurnales & prata ad jjj carradas, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
14. Oct. II idus Octobris, anno XXXI Karoli regis.

MDCCCCIII.

Donatio Racheri in Eberolfesheim.

29. Dec. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Racherus pro remedio animæ fratris mei Wicheri, dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj prata in *Abenheimer* marca, in *pago Wormat.* & in *Eberolfesheim* vjj jurnales de terra aratoria &c.

MDCCCCIV.

Donatio Benedictae in Sprendilingen.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XII Karoli regis, ego Benedicta dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Wormat.* in *Sprendilinger* marca habere viſus ſum, in manſis, campis, perviis, ſilvis, vineis, aquis, domibus,

mibus, ædificiis, terra culta & inculta, & octo mancipia cum omnibus, quæ habere videntur &c.

MDCCCCV.

Donatio Luitwini in eodem vico.

Ego in Dei nomine Luituin pro remedio animæ meæ & fratris mei Edeluuini, dono ad ſanctum Nazarium &c. aream unam in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca cum ædificio ſuperpoſito, & de terra arabili jurnales vjjj, & quidquid ad ipſas res pertinere videtur ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Aprilis, anno XI Ludowici regis. 30. Mart.

MDCCCCVI.

Donatio Benedictae.

Ego in Dei nomine Benedicta dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca habere viſa ſum, in manſis, campis, perviis, ſilvis, aquis, & xjjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXI Karoli regis.

MDCCCCVII.

Donatio Nantheri in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Auguſti, anno VIII Karoli regis, ego Nanther & conjux mea Otgarth donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales, in pago Worm. in *Sprendilinga*, & unum manſum, & j vineam perpetualiter ad poſſidendum &c.

MDCCCCVIII.

MDCCCCVIII.
Donatio Erkenrami.

Ego in Dei nomine Erkenram dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unum manſum in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
30. Jul. Laurisham, die III kalendas Auguſti, anno XXII Karoli regis.

MDCCCCIX.
Donatio Rifridi in Sprendilingen.

24. Jul. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Auguſti, anno primo Karoli regis, ego Rifridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca &c.

MDCCCCX.
Donatio Geilradae in eodem vico.

23. Maj. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Geilrada dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca, & unam vineam & duo prata, & xjj jurnales de terra perpetualiter ad poſſidendum &c.

MDCCCCXI.
Donatio Emmehildis ibidem.

15. Apr. In Chriſti nomine, ſub die XVII kalendas Maji, anno XXII Karoli regis, ego Emehild dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca habere videor, in manſis, campis, perviis, vineis, aquis &c.

MDCCCCXII.

Digitized by Google

MDCCCCXII.

Donatio Richlindis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Richlindis pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. vineam unam in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca, & quatuor jurnales de terra arabili ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCCXIII.

Donatio Rifridi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Rifridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales de terra in pago Wormat. in *Sprendelinger* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCCXIV.

Donatio Nantheri & Autardis.

Ego in Dei nomine Nantherus & conjux mea Authardis donamus ad ſanctum Nazarium, &c. jjj jurnales de terra in pago Wormat. in *Sprendilinger* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Pippini regis.

MDCCCCXV.

Donatio Milae in Sprendilinger marca.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Maji, anno XV Pippini regis, ego Mila dono ad ſanctum Nazarium &c. ſervum unum, nomine Ripherum, & unam vineam in pago Wormat.in *Sprendilinger* marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 23. Apr.

Digitized by Google

MDCCCCXVI.

Donatio Ragneri.

Ego in Dei nomine Ragnerus, pro animæ meæ remedio, dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in pago Worm. in *Sprendilinger* marca cum caſa deſuper, & duas vineas, & xvj jurnales de terra, & quidquid in eadem marca habere viſus ſum in manſis, campis, vineis, ſilvis, aquis &c. Actum
22. Apr. in monaſterio Laurisham, die X kalendas Maji, anno XV Pippini regis.

MDCCCCXVII.

Donatio Teutardi in Suaboheim.

5. Nov. In Chriſti nomine, ſub die nonas Novembris, anno VIII Karoli regis, ego Teuthar dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Wormat.* in *Suaboheimer* marca habere viſus ſum, in peccunia vel in veſtimentis, in mancipiis &c.

MDCCCCXVIII.

Donatio Herlulfi.

Ego in Dei nomine Herlulf dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Suaboheimer* marca habere viſus ſum, in manſis, campis, vineis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCCXIX.

Donatio Rocculfi in Suaboheim.

Ego in Dei nomine Rocculfus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Worm. in *Suaboheim* cum caſa & jj jurnales &c.

MDCCCCXX.

Digitized by Google

MDCCCCXX.

Donatio Erkanolfi in eodem vico.

In Chriſti nomine, ego Erkanolf venerabili Adalungo abbati vendidi in pago Worm. in *Suaboheim* jj manſos, e contra accepi ab ipſo alterum manſum in eadem marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die IX idus (a) Februarii, anno XXV Ludowici inperatoris.

MDCCCCXXI.

Donatio Rocgauzi in Hagenheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die V idus Junii, anno XVI Pippini regis, ego Rocgauz dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales duos in *pago Wormat.* in *Hagenheimer* marca &c. 9. Jun.

MDCCCCXXII.

Donatio Adelhardi in eodem vico.

In Chriſti nomine, complacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Nazarii, ut res ſuas inter ſe pro oportunitate locorum commutarent. Dedit igitur ADELHARDUS COMES, proviſor monaſterii ſancti Nazarii, prædicto epiſcopo & abbati in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca, quidquid ad ſanctum Maximinum ibidem pertinere viſum eſt, e contra dedit præfatus epiſcopus prædicto viro in *Gozolfesheim* manſum j & jurnales XLVjjj & prata ad carradas jjjj, & in *Welthiſtein* manſum j & jurnales xxj & vineas jjjj & jurnalem j & dimidium, & in *Folchesheim* manſum j & jurnales xvj, & quidquid ad iſtas res pertinere videtur ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Aug. anno XV Ludowici regis. 18. Jul.

(a) At diem nonum idus omnium menſium ignorat kalendarium Romanum, æque ac kalendas Græcum.

Digitized by Google

MDCCCCXXIII.
Donatio Iburni in eodem vico.

Ego in Dei nomine Iburn dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Karoli regis.

MDCCCCXXIV.
Donatio Runandi in eodem vico.

21. Mart. In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Aprilis, anno V Karoli regis, ego Runant dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca &c.

MDCCCCXXV.
Donatio Rathberti in eodem vico.

28. Mart. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Ratbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in pago Wormat. in *Hagenheim* &c.

MDCCCCXXVI.
Donatio Waldonis.

Ego in Dei nomine Waldo & conjux mea Gozrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Hagenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
3. Jun. risham, die III nonas Junii, anno III Karoli regis.

MDCCCCXXVII.
Donatio Ratberti in Hagenheimer marca.

25. Sept. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Octobris, anno XVI Pippini regis, ego Ratbertus dono ad ſanctum Nazarium &c.

Digitized by Google

&c. quidquid in *pago Wormat.* in *Hagenheimer* marca habere videor, in manſis, campis, vineis &c.

MDCCCCXXVIII.

Donatio Willmandi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Willmant & ſoror mea Mama donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca habere videor, in manſis, vineis, terris cultis & incultis, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Maji, anno XL Karoli regis. 1. Maj.

MDCCCCXXIX.

Donatio Vodae in eodem vico.

Ego in Dei nomine Voda pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca habere videor, in manſis, vineis, hubis, terris cultis & incultis perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Julii, anno XXVIIII Karoli regis. 17. Jul.

MDCCCCXXX.

Donatio Hunoldi ibidem.

Ego in Dei nomine Hunolt & Gozdrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wormat.* in *Hagenheim* unum jurnalem de terra, & in *Cuningesheimer* marca unum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Martii, anno XIIII Karoli regis. 27. Febr.

Digitized by Google

MDCCCCXXXI.
Donatio Rotberti.

4. Aug. In Chriſti nomine, die II nonas Auguſti, anno XI Pippini regis, ego Rotbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Hagenheimer* marca cum caſa deſuper, & quidquid ibidem habere videor in manſis, vineis, terris &c.

MDCCCCXXXII.
Donatio Willeboldi.

Ego in Dei nomine Willebolt & ſoror mea Mechhilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Hegenheimer* marca & j vineam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII
25. Oct. kalendas Novembris, anno XXVI Karoli regis.

MDCCCCXXXIII.
Donatio Wicverti in Sowelnheimer marca.

23. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Julii, anno XV Pippini regis, ego Wicbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra aratoria in *pago Wormat.* in *Sowilnheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MDCCCCXXXIV.
Donatio Alpheri in eodem vico.

3. Oct. In Chriſti nomine, ſub die III idus Octobris, anno XVI Pippini regis, ego Alpher pro anima Giſonis dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in pago Wormat. in *Sowelnheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MDCCCCXXXV.

Digitized by Google

MDCCCCXXXV.

Donatio Aasbradis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Aasbrath dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. unam vineam in pago Wormat. in *Sowelnheimer* marca, pro anima genitoris mei Reginberti, & in eadem marca alteram pro anima mea perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Martii, anno XIIII Karoli regis. 15. Mart.

MDCCCCXXXVI.

Donatio Nantheri in eodem vico.

Ego in Dei nomine Nantherus & conjux mea Gelſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Sowelnheimer* marca habere videmur in terris, manſis, vineis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Januarii, anno I Karoli regis. 1. Jan.

MDCCCCXXXVII.

Donatio Hilteberti in eodem vico.

Ego in Dei nomine Hiltebertus dono ad ſanctum Nazarium &c. j vineam in pago Worm. in *Souwelnheim*, & quidquid ibidem habere videor de terra culta & inculta ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno III Karoli regis.

MDCCCCXXXVIII.

Donatio Immonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Immo dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in pago Wormat. in *Sowelnheim* habere videor, in manſis, campis, vineis, terra culta & inculta, ſtipulatione ſub-

30. Oct. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Novembris, anno XV Pippini regis.

MDCCCCXXXIX.

Donatio Teudwini in Uminisheim.

Ego in Dei nomine Teuduin & conjux mea Adelheit donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in *pago Wormat.* in *Uminesheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub
23. Dec. die X kalendas Januarii, anno XVI Pippini regis.

MDCCCCXL.

Donatio Egilolfi in Uminisheimer marca.

25. Sept. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Octobris, anno undecimo Pippini regis, ego Egilolf pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Uminisheimer* marca &c.

MDCCCCXLI.

Donatio Autmundi in Uminesheim.

Ego in Dei nomine Autmundus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, & unam aream, & xj jurnales de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III menſis Auguſti, anno XVI Pippini regis.

MDCCCCXLII.

Digitized by Google

MDCCCCXLII.

Donatio Wolfburgae in eodem vico.

Ego in Dei nomine Wolfbirc dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca cum caſa & omni ædificio ſuperpoſito, & vineam unam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Junii, anno XIII Karoli regis. 18. Maj.

MDCCCCXLIII.

Donatio Albradis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Albrath dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Wormat. in *Uminesheim* cum caſa, & jjj vineas in *Guntramesheim*, & quidquid ibidem habui, & jjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

MDCCCCXLIV.

Donatio Albſuindis in eodem vico.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Octobris, anno primo 24. Sept.
Karoli regis, ego Albſuint & filia mea Sigrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales de terra arabili in pago Wormat. in *Uminesheim* &c.

MDCCCCXLV.

Donatio Rorichi in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Aprilis, anno III Ka- 30. Mart.
roli regis, ego Rorich pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. dimidietatem omnium bonorum meorum, in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca &c.

Digitized by Google

MDCCCCXLVI.

Donatio Rutgardis.

Ego in Dei nomine Rutgardis venerabili Gundelando, abba de monaſterio ſancti Nazarii, quod nominatur Laureſham, vendidi rem meam in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, jurnalem unum & dimidium, & in *Gumersheim* jjjj prata, & in *Hughilheim* jjj jurnales, & accepi ab ipſo in pretio de argento jjj uncias ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
15. Oct. naſterio Laurisham, ſub die idus Octobris, anno II Karoli regis.

MDCCCCXLVII.

Donatio Adeloldi in eodem vico.

26. Dec. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Adelolt dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales & unum dimidium de terra aratoria in pago Worm. in *Uminesheimer* marca &c.

MDCCCCXLVIII.

Donatio Adonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Ado dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
1. Apr. monaſterio Laurisham, die kalendas Aprilis, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCCXLIX.

Donatio Wolfradi.

25. Dec. In Chriſti nomine ſub die VIII kalendas Januarii, anno X Karoli regis, ego Wolfrat dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in *pago Wormat.* in *Uminesheimer* marca &

jjj

Digitized by Google

jjj jurnales, & unum molendinum, & in *Guntramesheim* vineam j &c.

MDCCCCL.

Donatio Arnoldi.

In Dei nomine ſub die III menſis Auguſti, anno primo Karoli regis, ego Arnoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca &c.

MDCCCCLI.

Donatio Folridi.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Junii, anno primo Karoli regis, ego Folridus pro anima ſororis meæ Imminæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca & unum jurnalem de terra &c. 1. Jun.

MDCCCCLII.

Donatio Mathlindis in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Maji, anno II Karoli regis, ego Mathlindis pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. xx jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, & unum manſum &c. 1. Maj.

MDCCCCLIII.

Donatio Adeloldi ibidem.

Ego in Dei nomine Adelold, pro remedio animæ Folradi, dono ad ſanctum Nazarium &c. vjjj jurnales & dimidium de terra aratoria in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die quinta kalendas Septembris, anno primo Karoli regis. 22. Aug.

Digitized by Google

MDCCCCLIV.

Donatio Wolfbergi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Wolfberc dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
9. Febr. naſterio Laurisham, ſub die quinta idus Februarii, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCCLV.

Donatio Liuberti.

Ego in Dei nomine Liubreth, pro remedio animæ meæ Erkenfridi, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, ſtipulatione ſub-
6. Jan. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Januarii, anno XL Karoli regis.

MDCCCCLVI.

Donatio Willeheri.

6. Mart In Chriſti nomine, ſub die II nonas Martii, anno XXIII Karoli regis, ego Willeher pro remedio animæ Waldichonis, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca &c.

MDCCCCLVII.

Donatio Rocculfi in Ominesheim.

13. Jun. In Chriſti nomine, ſub die idus Junii, anno octavo Karoli regis, ego Rocculfus dono, pro remedio animæ meæ, ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Wormat* in *Ominesheimer* marca & in *Florlesheim ſuperiore* jjjj jurnales de terra &c.

MDCCCCLVIII.

MDCCCCLVIII.

Donatio Milonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Milo pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die III nonas Auguſti, anno XVI Pippini regis. 3. Aug.

MDCCCCLIX.

Donatio Wandilhelmi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Wandilhelmus dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno primo Karoli regis.

MDCCCCLX.

Donatio Adelholdi in eodem vico.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Gundelandum abbatem de monaſterio ſancti Nazarii, quod vocatur Lauresham, & virum quendam nomine Adelholdum, ut rem ſuam inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus vir præfato abbati unum jurnalem in pago Worm. in *Ominesheim*, e contra dedit præfatus abba alterum jurnalem in eadem marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MDCCCCLXI.
Donatio Engilſwindis.

Ego in Dei nomine Engilſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Worm.* in *Uminesheim*, & in *Winolvesheim*, & in *Ulfritesheim* & vjjj jurnales & v vineas, & v prata & jv mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
29. Mart. ſterio Laurisham, die IIII kalendas Aprilis, anno XXXIII Karoli regis.

MDCCCCLXII.
Donatio Teudradis.

26. Jan. Ego in Dei nomine Teudrat dono ad ſanctum Nazarium &c. jj vineas in pago Wormat. in *Ominesheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MDCCCCLXIII.
Donatio Egilonis.

26. Jan. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Februarii, anno quinto Karoli regis, ego Egilo, pro remedio animæ Corſonis, dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in pago Wormat. in *Uminesheimer* marca, cum terris, vineis, domibus, ædificiis, aquis &c.

MDCCCCLXIV.
Donatio Frideburgi in Wintersheimer marca.

Ego in Dei nomine Frideberc dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Wormat.* in *Wintresheimer* marca & vj jurnales cum pomeriis ſtipulatione ſubnixa. Actum in
10. Oct. monaſterio Laurisham, ſub die VI idus Octobris, anno XXIII Karoli regis.

MDCCCCLXV.

Digitized by Google

MDCCCCLXV.
Donatio Erlulſi in Buoſinesheim.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Maji, anno XXIII Karoli regis,* ego Erlulfus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wormat.* in *Buoſinesheim*, in *Guntheim* & in *Dagolfesheim*, quidquid ibidem habere videor, item in *Mumenheim* portionem meam de baſilica, & quidquid in *Magontia* habere videor, item in *Hamme* & in *Heichino*, & in *pago Renenſi*, in *Auua* & in *Rohrheim*, & in *Monichgowe* in *Bellingon* & *Biberhahen* & *Rotahen ſuperiore* & *inferiore*, quid in his locis habere videor in manſis, ſilvis, vineis, domibus, ædificiis & mancipiis XL &c. 22. Apr.

MDCCCCLXVI.
Donatio Wismann &c. in Moguntia.

Nos in Dei nomine Wisman & Megiher, Ruther, Rubrecht, Bernher, Bertlauc, Atula & Norbertus, donamus ad ſanctum Nazarium &c. partem noſtram de illa Baſilica, quæ conſtructa eſt in honorem ſancti Lanperti, in *Moguntia*, & quidquid ibidem habuimus in manſis, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die XVI kalendas Maji, anno XXXII Karoli regis. 16. Apr.

MDCCCCLXVII.
Donatio Immonis in eadem urbe.

Ego in Dei nomine Immo, pro remedio animæ meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. omnem rem proprietatis meæ in Eccleſia ſancti Lanberti, quæ conſtructa eſt in *Moguntia*, in manſis, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XL Karoli regis.

MDCCCCLXVIII.

Digitized by Google

MDCCCCLXVIII.

Donatio Gunberti foras Moguntiam.

Ego in Dei nomine Gunbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. unam aream, foras murum civitatis Moguntiæ, ad eccleſiam ſancti Lantperti infra ipſam curtim cum caſa & ædificio, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
16. Jun. monaſterio Laurisham, ſub die XVI kalendas Julii, an. XXXIII Karoli regis.

MDCCCCLXIX.

Donatio Richildis.

Ego in Dei nomine Richilt dono ad ſanctum Nazarium &c. partem meam de illa eccleſia, quæ conſtructa eſt in honore ſancti Lantperti, in civitate *Moguntia*, cum manſis, terris, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum
27. Apr. in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Maji, anno XL Karoli regis.

MDCCCCLXX.

Donatio Cazonis & Egilolfi.

Ego in Dei nomine Cazo & filius meus Egilolfus donamus ad ſanctum Nazarium &c. partem meam de eccleſia ſancti Lantberti, quæ conſtructa eſt in civitate *Moguntia*, cum manſis, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum
18. Oct. in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Novembris, anno XXXIX Karoli regis.

MDCCCCLXXI.

Donatio Vodilonis in Moguntia.

Ego in Dei nomine Vodilo dono ad ſanctam eccleſiam ſancti Nazarii, ubi venerabilis Adalungus abba præeſſe videtur, par-

partem meam de eccleſia ſancti Lantberti, quæ conſtructa eſt in civitate *Moguntina*, in areis, ædificiis, terris aratoriis, vineis, aquis, cum omni integritate perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno ſecundo Ludowici regis.

MDCCCCLXXII.
Donatio Reginwardi & Richildis.

Ego in Dei nomine Reginwart & conjux mea Richilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. portionem noſtram de baſilica ſancti Lantberti, quæ conſtructa in civitate *Moguntia*, cum mancipiis & aliis rebus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XIII kalendas Julii, anno XXXIIII Karoli regis. 19. Jun.

MDCCCCLXXIII.
Donatio Ebracheri & Hildeſuuindis.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Maji, anno XV Pippini regis, ego Ebracher & conjux mea Hildeſuuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. caſam unam in civitate *Moguntia* &c. 17. Apr.

MDCCCCLXXIV.
Donatio Mengoti.

Ego in Dei nomine Mengoz dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in baſilica ſancti Lantberti germanus meus Gerholt mihi dereliquit, in areis, terris, vineis, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die V idus Septembris, anno XXXIII Karoli regis. 9. Sept.

Digitized by Google

MDCCCCLXXV.
Donatio Hezzonis.

Ego in Dei nomine Zezzo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in civitate *Moguntia* perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum
28. Maj. in monaſterio Laurisham, ſub die V kalendas Junii, anno XXXII Karoli magni imperatoris.

MDCCCCLXXVI.
Haec eſt notitia arearum, quas apud Moguntiam habemus.

Notitia de areis, quas infra & extra Moguntiam habemus, & de annuis ipſarum redditibus, quæ videlicet ad curiam noſtram ibidem ſitam vocabulo ſancti Lantberti, cum omnibus ſuis utilitatibus. Juxta ſancti Albani portam tres ſunt areæ, jj vineas & jjjj den. ſimul perſolventes, & una juxta *Nanzenburgedore* jjjj den. dans. In ſancti Quintini platea jacet una area dans jx denarios, & alia juxta illam jjj denar. & ſuper ipſam plateam jj, utraque dans v den. infra cimiterium ejusdem ſancti jj areæ, ſimul dantes unum ſolidum; in publica via trapezetarum, id eſt, *Munzer Gazze* I area, dans j ſolidum; juxta Rumardi portam una area, dat xv denarios; juxta *Nutkelgazze* una area, dat v denarios; juxta *Liuſenbrunnen* II areæ, ſimul dantes xvjjj denarios; juxta *Brotdurlen* duæ ſunt areæ, utraque dans jjjj den. & aliæ duæ, quæ unciam pariter perſolvunt, & quinta area vj den. & ſexta area jjj den. juxta ſalvatoris capellam una area, dat jjjj den. juxta *Stokburgedore* una area unciam perſolvit, & alia vjjj den. & tertia jjjj den. dat; juxta ſancti Petri plateam una area X den. perſolvit, & aliam unciam, & tertia x denarios. In *Berenſtraza* una area vjj dat denarios, & alia v den. In *Quatgazza* I area vj dena. & alia vjjj dena. & tertia jj dena. &

Digitized by Google

& quarta jjjj den. & quinta jjjj den. perſolvit. In *Selehoven* una dominicalis curtis & decem areæ, quartum una quæ tres denarios & dimidium dat. & alia ulterius jacens vj den. perſolvit, & tertia, in qua horreum abbatis eſt, in quatuor partes diviſa, duos ſolidos reddit, & infra vineam quatuor areæ, quarum unaquæque ſolidum vel ſiclum rependit.

MDCCCCLXXVII.

Has hubas circa Moguntiam habemus.

Hæc autem ſunt hubæ circa Moguntiam jacentes, & ad jus ſancti Nazarii in ſervitium præfatæ curiæ pertinentes. In *Lubenheim* dimidia huba & vj jurnales; in *Gunſenheim* vj hubæ & dimidia, in *Butenheim* dimidia, quæ omnes perſolvunt & ſolidum & v denar. In campo, qui ſitus eſt inter monaſteria ſancti Albani & ſancti Victoris, jacent v jurnales ſimul, & in campo, qui eſt inter monaſteria ſanctæ Mariæ & ſancti Victoris, jacent duo jurnales ſingillatim, & iterum inter monaſteria ſanctæ Mariæ & ſancti Albani x jurnales ſimul jacent, & paululum inferius jjj jurnales, & juxta *Brizenheim* jurnalis j & in *Keſtriche* unus jurnalis & dimidius.

Omnes igitur areæ ſunt XLV, ſolventes xvjj uncias: hubæ vjj & dimidia, ſolventes decem ſolidos & v den. jurnales xxxj & dimidius, & curtis dominicalis cum vineis.

MDCCCCLXXVIII.

Donatio Rinoldi.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Auguſti, anno III regni Karoli magni & glorioſi imperatoris, ego Rinold pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in *pago Wormat.* in *Moguntia*, civitate &c. 1. Aug.

MDCCCCLXXIX.

Donatio Dietmari in Moguntia.

Ego in Dei nomine Ditmar pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. aream unam infra murum in civitate *Moguntia*, & extra murum duas vineas perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
5. Aug. risham, die nonas Auguſti, anno XLVI Karoli magni.

MDCCCCLXXX.

Donatio Waltheri in Megunzer marca.

29. Dec. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Walther pro anima Adalſuindæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. jj prata in *pago Wormat.* in *Megunzer* marca &c.

MDCCCCLXXXI.

Donatio Sigeberti & Frideberti in eadem marca.

Ego in Dei nomine Sigebertus & frater meus Fridebertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj mancipia in civitate *Moguntia* cum omnibus, quæ haberi videntur, ſtipulatione
1. Apr. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham kalendas Aprilis, anno XXXVII Karoli regis.

MDCCCCLXXXII.

Donatio Richbaldi in Moguntia.

15. Jun. In Chriſti nomine, ſub die XVII kalendas Julii, anno VII Karoli magni & glorioſi imperatoris, ego Richbaldus pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Worm. in *Moguntia* civitate, juxta portam ſancti Quintini &c.

MDCCCCLXXXIII.

MDCCCCLXXXIII

Donatio Nantheri & Giſildrudis.

Ego in Dei nomine Nanther & conjux mea Giſeldrut, pro animæ noſtræ remedio, donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in civitate *Moguntia*, habentem in ſe turrim & j pomarium, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVIII Ludowici imperatoris.

MDCCCCLXXXIV.

Donatio Wanichonis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Wanicho dono ad ſanctum Nazarium &c. duas areas in civitate *Moguntia*, & duas vineas in eadem marca, & in *Gunſenheim* unam aream, & in *Brizenheim* unam & c. jurnales & vjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VII kalendas Januarii, anno XXXVIII Karoli magni. 26. Dec.

MDCCCCLXXXV.

Donatio Erkenberti & Engilradis.

Ego in Dei nomine Erkenbertus & conjux mea Engilrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. unam aream in civitate *Moguntia*, infra murum cum caſa, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Maji, anno XXXIII Karoli regis. 24. Apr.

MDCCCCLXXXVI.

Donatio Gerswindis.

Ego in Dei nomine Gerſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. aream unam in civitate *Moguntia*, cum duabus caſis, perpetualiter ad poſſidendum ſtipu-

latione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham die V ka-
28. Maj. lendas Junii, anno XXVIII Karoli magni.

MDCCCCLXXXVII.

Donatio Egilonis in Moguntia.

Ego in Dei nomine Egilo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum cum caſa in civitate *Moguntia*, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſte-
11. Dec. rio Laurisham, die III idus Decembris, anno V Karoli regis.

MDCCCCLXXXVIII.

Donatio Nantheri ibidem.

28. Maj. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Junii, anno VI Karoli regis, ego Nantherus, pro remedio animæ filiæ meæ Erminſuindæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam in civitate *Moguntia*, in porta ſancti Quintini, cum caſa & ædificiis &c.

MDCCCCLXXXIX.

Donatio Norberti in eadem civitate.

Ego in Dei nomine Norbertus, pro remedio Rutſuindæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in civitate *Moguntia*, cum caſa & ædificio ſuperpoſito, & vjjj mancipia, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in ci-
25. Dec. vitate *Moguntia*, die VIII kalendas Januarii, anno XX Karoli magni imperatoris.

MDCCCCXC.

Donatio Warinberti.

1. Apr. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Aprilis, anno XI Karoli magni imperatoris, ego Warinbertus, pro remedio animæ ſoro-

Digitized by Google

ſororis meæ Gundradæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in civitate *Moguntia*, in villa, quæ dicitur *Dale* &c.

MDCCCCXCI.

Donatio Gebehardi & Dudae.

Ego in Dei nomine Gebehardus & conjux mea Duda donamus ad ſanctum Nazarium, qui requieſcit in corpore in monaſterio Laurisham, ubi venerabilis Gundelandus abba præeſſe videtur, unum manſum in civitate *Moguntia*, cum omni ædificio ſuperpoſito, & xxv jumenta, & in civitate *Wormatia* & xjj mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II kalendas Junii, anno VI Karoli magni imperatoris. (a) 31. Maj.

MDCCCCXCII.

Donatio Dudelonis & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Dudel & conjux mea donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam unam in civitate *Moguntia* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IX Karoli regis.

MDCCCCXCIII.

Donatio Cholenſi & Libae in eadem urbe.

Ego in Dei nomine Cholenſus & conjux mea Liba pro animæ noſtræ remedio donamus ad ſanctum Nazarium &c. aream j in

(a) Carolus M. cum a. 800 demum creatus ſit *imperator*, ad an. 806 chartam hanc ponendam eſſe putare quis poſſit. At monuimus jam in præf. Tomi 1 miſcuiſſe principis hujus *regis* & *imperatoris* titulos codicis ſcriptorem, neglecta prorſus temporis ratione, id quod præter alia multa Gundelandi abbatis nomen & proxima Norberti traditio (num. MDCCCCLXXXIX) *an. XX Karoli M. imperatoris* ſignata, docet. Carolus enim ab accepta imperiali dignitate nonniſi XIV annos vixit.

Digitized by Google

in civitate *Moguntia*, cum caſa perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
11. Sept. III idus Septembris, anno XII Karoli regis.

MDCCCCXCIV.

Donatio Gotztrudis in Gunſenheim.

30. Maj. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Junii, anno VII Karoli regis, ego Goztrud pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra in *pago Wormat.* in *Gunſenheimer* marca &c.

MDCCCCXCV.

Donatio Goztrudis in eodem vico.

28. Maj. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Junii, anno X Karoli regis, ego Gotztrut pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra in pago Wormat. in *Gunſenheimer* marca &c..

MDCCCCXCVI.

Donatio Hildolfi in Moguntienſi civitate.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem, de monaſterio ſancti Nazarii, quod nominatur Lauresham, & virum quendam nomine Hildolfum, ut res ſuas inter ſe pro opportunitate locorum commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto Hildolfo, in pago Worm. intra murum *Moguntiae* civitatis, vineam unam, e contra dedit præfatus vir jurnales jj & pratum unum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Ludowici inperatoris.

MDCCCCXCVII.

MDCCCCXCVII.

Donatio Willinandi in eadem urbe.

In Chriſti nomine, ſub die IIII idus Januarii, anno XXX Karoli regis, ego Willinant dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos & xxx jurnales de terra, pro animabus Odilheri & Amaltrudæ &c. 10. Jan.

MDCCCCXCVIII.

Donatio Nantheri in Heſinloch.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Nantherus & conjux mea Edelindis donamus ad ſanctum Nazarium &c. omnem poſſeſſionem noſtram in *Heſinloch* &c. 29. Jun.

MDCCCCXCIX.

Donatio Metſuuindis in Hagenheim.

Ego in Dei nomine Metenſuind dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Worm.* in *Hagenheim* jj jurnales, & in *Brizzenheim* duos perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Septemb. 29. Aug.
anno X Karoli regis.

MM.

Donatio Anſichi in Diſſenheim.

Ego in Dei nomine Anſich & ſoror mea Rutſuint pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Nachgowe in *Diſſenheimer* marca, omnem poſſeſſionem meam in campis, manſis, vineis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum
7. Sept. in monaſterio Laurisham, die VII idus Septembris, anno XXII Karoli regis.

MMI.

Donatio Odilheri in Uffilebesheim.

3. Dec. In Chriſti nomine, ſub die III nonas Decembris, anno XVIII Karoli regis, ego Odilher & Ratolf donamus ad ſanctum Nazarium &c. omnem poſſeſſionem noſtram in pago *Nachgowe* in *Uffilesheim*, in manſis, campis, vineis, aquis &c.

MMII.

Donatio Wolfhardi in eodem vico.

Ego in Dei nomine Gundelant abba pro anima Wolfhardi dono ad ſanctum Nazarium &c. duos jurnales de terra arabili in pago *Nachgowe* in *Uffiliubesheim* ſtipulatione ſubnixa.
17. Maj. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Junii, an. IIII Karoli regis. Signum Gundelandi abbatis, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit. Ego Samuel ſcripſi.

MMIII.

Digitized by Google

MMIII.

Donatio Madalhildis in eodem vico.

Ego in Dei nomine Madalhildis dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago *Nachgowe* in *Uffiliubesheim* cum caſa & area, & jj jurnales de terra, & unum pratum & ſilvam, ad ipſum manſum pertinentem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauresham, XII kalendas Junii, anno XV Pippini regis. 21. Maj.

MMIV.

Donatio Racheri & Libae conjugis ejus.

In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno XXII Karoli regis, 12. Jun. ego Racher & conjux mea Lieba donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Nachgowe in *Uffiliubesheim* &c.

MMV.

Donatio Folcardi in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die idus Novembris, anno ſecundo Karoli regis, ego Folcardus dono ad eccleſiam ſancti Nazarii 13. Nov. &c. in pago Nachgowe in *Uffiliubesheim* manſum unum & pratum &c.

MMVI.

Donatio Sigilaci in Naarheim.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Maji, anno XIIII 26. Apr. Karoli regis, ego Sigilach pro remedio animæ Folcardi dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de ſilva in *pago Nahgowe*, in *Naarheimer* marca, & in *Uffiliubesheim* vj partem de j manſo &c.

Digitized by Google

MMVII.

Donatio Adalgeri.

Ego in Dei nomine Adalgerus, venerabili Gundelando abbati de monaſterio Lauriſſamenſi, vendidi rem meam in pago *Nahgowe* in *Narheim* manſum unum cum caſa & curia & campis, vineis, ſilvis, unde accepi a vobis in pretio jj libras de argento ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Pippini regis.

MMVIII.

Donatio Umberti in Binger marca.

18. Jul. In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Auguſti, anno XVI Pippini regis, ego *Umbertus* pro animæ meæ remedio dono ad eccleſiam ſancti Nazarii &c. in *pago Nahgowe* in *Binger* marca manſum unum &c.

MMIX.

Donatio Racolfi & Methſuuindis.

23. Apr. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Maji, anno quinto Karoli regis, ego Racolf & conjux mea Methſuint donamus ad eccleſiam ſancti Nazarii &c. in pago Nahgowe in *Binger* marca j vineam &c.

MMX.

Donatio Hunberti in eodem vico.

1. Jan. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Januarii, anno III Karoli regis, ego Humbertus dono ad eccleſiam ſancti Nazarii &c. in pago Nahgowe in *Binger* marca manſum j & vineam &c.

MMXI.

Digitized by Google

MMXI.

Donatio Achilberti in eodem vico.

In Chriſti nomine ſub die X menſis Auguſti, anno XV Pippini regis, ego Achilbertus dono ad monaſterium ſancti Nazarii &c. in eadem marca vineam unam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, tempore quo ſupra. Signum Achilberti, qui hanc donationem fecit & firmari rogavit.

MMXII.

Donatio Wolfhochi in Bildichingen.

In Chriſti nomine, ſub die V idus Martii, anno XII Karoli regis, ego Wolfloch dono ad eccleſiam ſancti Nazarii &c. in *pago Nachgowe* in *Bildichingen* unam baſilicam, cum omni ædificio circumpoſito, & terram aratoriam, quam ego nuntio ſancti Nazarii oſtendi & conſignavi, & mancipia vjjj &c. 11. Mart.

MMXIII.

Donatio Seigae in eodem vico.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Februarii, anno IIII Karoli regis, ego Seiga dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Nachgowe in *Bildechinger* marca, quidquid habere viſa ſum, in manſis, campis, domibus, ædificiis &c. 8. Febr.

MMXIV.

anno III Ludewici junioris.

Digitized by Google

MMCLXXV.

Donatio Theothardi in eadem villa.

In Chriſti nomine &c. anno XX Karoli magni regis, ego Theothardus pro anima Germoni, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Creickowe in *Menzinger* marca cum ædificio ſuperpoſito, & de terra quantum miſſo ſancti Nazarii demonſtravi, & illum veſtivi &c.

MMCLXXVI.

Commutatio Asbrandi in Menzingen.

In Chriſti nomine convenit atque conplacuit inter venerabilem Titrochum, abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Asbrant, ut res ſuas inter ſe commutarent, dedit igitur præfatus abba jam dicto viro in *pago Kreickowe* in *Ciudrincheimer* marca eccleſiam j & manſos jjj & Hubas v, & in *Helſinzingowe* in *Rihero* marca manſum j, jurnales Ljj, prata ad carradas vj, mancipia jjj; e contra dedit prædictus vir in eodem pago in *Menzinger* marca & in *Huſerard* marca manſos jjjj, hubas vj, prata ad carradas xjj, mancipia jjj, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Septembris, anno XXXIX Ludowici regis.

1. Sept.

MMCLXXVII.

Donatio Otgarti in eadem marca.

Ego in Dei nomine Otgart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales de terra aratoria in *Enzigowe* in *Menzinger* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno X Ludowici imperatoris.

MMCLXXVIII.

Digitized by Google

MMCLXXVIII.

Donatio Gutbaldi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die V idus Octobris, anno VII Karoli regis, ego Guntbaldus & conjux mea Willerad donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Kreickowe in *Menzingen* & baſilicam, quæ ibidem conſtructa eſt, & j manſum, & XL jurnales &c. 11. Oct.

MMCLXXIX.

Donatio Theodoldi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Theodoldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales de terra arabili in pago Kreickowe in *Menzinger* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Ludowici regis.

MMCLXXX.

Donatio Meginbaldi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Meginbalt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vjjj jurnales de terra arabili in pago Kreickowe in *Menzinger* marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Junii, anno 1. Jun.
XXVIIII Karoli regis.

MMCLXXXI.

Donatio Ellonis presbiteri in eadem marca.

Ego in Dei nomine Ello presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in pago Kreickowe in *Menzinger* marca jjj hubas & quidquid ad ipſas pertinet, & quidquid habere videor, excepto j manſo, ſtipula-

Digitized by Google

tione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII
6. Jun. idus Junii, anno XXIX Karoli regis.

MMCLXXXII.

Commutatio Heidolfi & Hilderici in Mencinga.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Teotrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laures-ham, & viros quosdam Heidolfum & Hildericum, ut res ſuas inter ſe commutarent, dedit igitur præfatus abba prædictis viris in *pago Kreickowe* in villa *Heidolfesheim* manſum j & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur, e contra dederunt præfati viri in eodem pago in villa *Menzinga* manſum j & quidquid ad ipſum pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVII Ludowici regis.

MMCLXXXIII.

Commutatio Alberti in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam nomine Albertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Kreickowe in villa *Menzingen* hubam j & jurnales LX & prata ad carradas vj; e contra dedit præfatus in eodem pago in villa *Burbah* hubas jj & jurnales cx & in *Enzigowe* in villa *Turmenza* & hubam j & L jurnales & prata ad carradas vj & quantum de ſilva ad hubam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die ka-
1. Jan. lendas Januarii, anno XII Ludowici regis.

MMCLXXXIV.

Digitized by Google

MMCLXXXIV.

Commutatio Eriſunſi in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Herifuns, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro, in *pago Enzingowe* in villa *Horaheim* hubas jj; e contra dedit denominatus Herifuns in pago Kreickowe in villa *Menzinga* jurnales LXX & prata ad carradas vj, & in *Heidolfesheimer* marca hubam j, & in *Bredaheim* jurnales xxjjjj, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Ludowici regis.

MMCLXXXV.

Donatio Ruperti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rupertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jx jurnales in pago Kreigowe in villa *Menzinga*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Julii, anno V Ludowici 26. Jun. imperatoris.

MMCLXXXVI.

Commutatio Bubonis in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam nomine Bubonem, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in *pago Kreickowe* in villa *Helmolfesheim* j hubam; e contra dedit prædictus vir in eodem pago in villa *Menzinga* aliam hubam & prata ad carradas x perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II kalendas Aprilis, anno 31. Mart. XIIII Ludowici regis.

MMCLXXXVII.

Commutatio Engilrici in Menzingen.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Adalungum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, uti & virum quendam nomine Engilricum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Kreickowe in villa *Menzingen* j jurnalem de terra aratoria; e contra dedit præfatus vir in eadem villa alium jurnalem, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
6. Mart. Laurisham, die II nonas Martii, anno XLV Karoli regis.

MMCLXXXVIII.

Commutatio Jeronimi in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Jeronimum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in *pago Creickowe* in villa *Otenheim* aream j & jurnales v; e contra dedit præfatus vir in eodem pago in villa *Menzinge* j aream & vjj jurnales de terra, & j pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum
25. Apr. in monaſterio Lauresham, die VII kal. Maji, anno X Ludowici regis.

MMCLXXXIX.

Donatio Theotleichi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Theotleih pro anima Liugardis, dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra in pago Kreickowe in *Menzinger* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in
15. Nov. monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Decembris, anno XIII Karoli regis.

MMCXC.

MMCXC.

Donatio Amanooti in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Maji, anno VII Karoli regis, ego Amanolt & conjux mea Riſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in pago Creickowe in villa *Menzinga* &c. 1. Maj.

MMCXCI.

Donatio Ellonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Ello pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creickowe in villa *Menzinga* j manſum cum ædificio ſuperpoſito, & xxx jurnales & quidquid ad ipſum manſum pertinet, & x mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXIX Karoli regis.

MMCXCII.

Donatio Gaumanni in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Januarii, anno VI Karoli regis, ego Gauman pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales in pago Creickowe in villa *Menzinga* &c. 26. Dec.

MMCXCIII.

Commutatio Alberti in Mencingen.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Hattonem archiepiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam nomine Albertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in pago Kreickowa in villa *Menzingen* unam aream & vineam; e contra dedit præfatus vir in *pago Lobodonenſi* in villa *Wibelingen*

Digitized by Google

jj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IX Ludowici regis.

MMCXCIV.

Donatio Ruperti in eadem villa.

30. Aug. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Septembris, anno VII Karoli regis, ego Rupertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum jurnalem in pago Creickowe in villa *Menzingen* &c.

MMCXCV.

Donatio Heimonis in villa Menzingen.

17. Aug. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Septembris, anno X Karoli regis, ego Heimo dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Kreikowe in villa *Menzingen* jj jurnales & dimidium, & in duobus locis x jurnales &c.

MMCXCVI.

Donatio Walbirci in villa Menzingen.

Ego in Dei nomine Walbirc & filius meus Geilo pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creickowe in villa *Menzingen* unum manſum cum omni ædificio ſuperpoſito, & xx jurnales de terra, & de pratis ad jjjj carradas, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XLV Karoli imperatoris.

MMCXCVII.

Donatio Alberti in villa Menzinga.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, &

& virum quendam nomine Albertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Creichowe in villa *Burbah* aream j; e contra dedit prædictus vir in eodem pago in villa *Menzinga* jurnalem j de terra & dimidium perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXIX Ludowici regis.

MMCXCVIII.

Donatio Wolfberti in Menzinga.

In Chriſti nomine, ſub die idus Septembris, anno quinto Karoli regis, ego Wolfbertus & conjux mea Waltrud donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Kreickowe in *Menzinga*, juxta baſilicam noſtram, & jurnales x &c. 13. Sept.

MMCXCIX.

Donatio Udelharti & Dunſuintae in eadem villa.

Nos in Dei nomine Udelhart & Dunſuint pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Kreickowe in villa *Menzinga* cum omni ædificio ſuperpoſito, & jj mancipia Fridebertum & Titbertum in ea ratione, ut uterque jjj denarios in miſſa ſancti Nazar. perſolvat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IX kalendas Martii, anno ſecundo Ludowici regis. 21. Febr.

MMCC.

Commutatio Folcheri.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Folcherum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro

in

in pago Creichowe in villa *Menzinga* manſum j; e contra dedit prædictus vir in eadem villa jj manſos, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas
24. Sept. Octobris, anno XXI Ludowici regis.

MMCCI.

Donatio Wigbalti & Reckionis in eadem villa.

Nos in Dei nomine Wigbalt & Reckio donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in pago Creichowe in villa *Menzingen*, & cvjj jurnales de terra arabili, & de pratis ad xjj carradas & jj molendinum & quidquid ibidem habere viſi fuimus, & in *Gozbodesheim* j pratum & jv jurnales & vj mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXXVI Karoli regis.

MMCCII.

Donatio Roccolfi in villa Menzinga.

Ego in Dei nomine Roccolf dono ad ſanctum Nazarium &c. jv jurnales de terra in pago Kreickowe in villa *Menzinga*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub
29. Maj. die IIII kalendas Junii, anno XXII Karoli magni & beati imperatoris.

MMCCIII.

Donatio Bernheri in villa Menzingen.

29. Maj. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Bernher dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra in pago Kreichowe in villa *Menzingen* &c.

MMCCIV.

MMCCIV.
Donatio Bettonis in villa Menzingen.

In Chriſti nomine, ſub die VIII idus Octobris, anno XIX Karoli regis, ego Betto dono ad ſanctum Nazarium &c. XL jurnales in pago Kreicgowe in villa *Mencingen*, & unum manſum & jjj mancipia perpetualiter ad poſſidendum &c. 8. Oct.

MMCCV.
Donatio Wolbrandi in villa Menzingen.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus epiſcopus prædicto viro in *pago Kreickowe* in villa *Helmolfesheim* hubas jjj; e contra dedit prædictus Wolfbrant in eodem pago in villa *Menzinga* ſimiliter hubas jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die jjj idus Junii, anno XV Ludowici regis. 11. Jun.

MMCCVI.
Donatio Adelhardi in villa Menzingen.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam nomine Adelhardum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Kreickowe in villa *Menzingen* manſum j; e contra dedit præfatus vir in eadem marca & villa jurnales jjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die kalendas Auguſti, anno XX Ludowici regis. 1. Aug.

MMCCVII.

Donatio Guntbaldi in eadem villa.

23. Maj. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Guntbaldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Kreickowe in villa *Menzingen*, ubi baſilica ſancti Nazarii ſita eſt &c.

MMCCVIII.

Donatio Hartberti in eadem villa.

22. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XI kalendas Junii, anno III Karoli regis, Hartbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra arabili in pago Kreickowe in villa *Menzinga* perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMCCIX.

Donatio Ergeri in eadem villa.

25. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Julii, anno XX Karoli regis, ego Erchenher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Kreickowe in *Menzinger* marca cum omni ædificio ſuperpoſito & quidquid ibidem habere viſus ſum &c.

MMCCX.

Donatio Meginbalti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Meginbalt dono ad ſanctum Nazarium &c. xvjjj jurnales de terra aratoria in pago Kreickowe in *Menzingen*, & jjjj prata & dimidium manſum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXIIII Karoli regis.

MMCCXI.

Digitized by Google

MMCCXI.

Donatio Hildewardis in villa Menzingen.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Junii, anno VII Karoli regis, ego Hildewart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra aratoria in pago Creichgowe, in villa *Menzingen*, & de pratis ad carradas jj, & quidquid ibidem habere videor &c. 28. Maj.

MMCCXII.

Donatio Wuluingi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Wuluinc dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales de terra aratoria in pago Creichgowe in villa *Menzingen*, prata ad carradas jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IX kalendas Junii, anno XXII regni Karoli regis. 24. Maj.

MMCCXIII.

Donatio Hucbalti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hucbalt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. xvj jurnales de terra aratoria in pago Creichgowe in villa *Menzinga*, & portionem meam de ſilva & quidquid ibidem habui, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI nonas Octobris, anno XXVIII Karoli regis. 2. Oct.

MMCCXIV.

Commutatio Wicberti in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Richbodonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Wicbertum, ut res

 ſuas

ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in *Nichbotesheimer* marca jurnales jx, & prata ad carradas jjj, & ſextam partem de uno manſo, e contra dedit prædictus vir in *Mencinger* marca manſum j, & jv jurnales, & jjj prata & ſilvam, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Karoli regis.

MMCCXV.

Donatio Wernhardi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Wernhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in villa *Menzingen*, & j hubam & prata ad carradas v & quidquid ibidem habui, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVIII Karoli regis.

MMCCXVI.

Donatio Erchenberti in eadem...

Ego in Dei nomine Heriman pro anima Erkenberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra arabili in pago Creichgowe in villa *Menzingen*, ſtipulatione ſubnixa.
22. Nov. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Decembris, anno XIII Ludowici imperatoris.

MMCCXVII.

Donatio Rutbaldi in eadem villa.

27. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Rutbalt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in pago Chreichgowe in villa *Mencinga* cum caſa & omni ædificio ſuperpoſito, & j ſervum nomine Erkenfridum, & quidquid ibidem ſervus habuit &c. MMCCXVIII.

MMCCXVIII.

Donatio Liubranti & Rubanti.

Nos in Dei nomine Liubrant & Rudant & Hilderat pro remediis animarum noſtrarum, donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in pago Creichgowe in villa *Mencinga*, & pratum unum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die pridie nonas Martii, anno XLV Karoli magni imperatoris. 6. Mart.

MMCCXIX.

Donatio Reginhardi & Galamanni in eadem villa.

Tradiderunt ad ſanctum Nazarium Reginhart, Galamann & Eliant, pro remedio animæ Nantohi, in pago Creichgowe in villa *Mencingen* aream, jurnales xvjjj; iſti ſunt teſtes Albertus, Otram, Gunbertus & ceteri.

MMCCXX.

Donatio Alberti.

Item Albertus tradidit ad ſanctum Nazarium in eadem villa vineam unam pro remedio animæ Erkenbodonis, teſtes ut ſupra.

MMCCXXI.

Donatio Suangarti in Gemminheim.

Suantgart tradidit in *Uckelinger* marca, & in *Gemincheim*, & in *Reockheim* manſos jj cum ædificiis, jurnales cxxx bifangum, & prata ad carradas vjjj, & mancipia vjj; iſti ſunt teſtes Altmann, Meginbertus & Arnold.

Digitized by Google

MMCCXXII.

Donatio Erlevini in Sichenheim.

Ego in Dei nomine Erlewin pro remedio animæ Erleberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Creichgowe* in villa *Sickencheim* unum manſum & hubam j, & prata ad v carradas cum manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VII idus
9. Oct. Octobris, anno XXXV Karoli regis.

MMCCXXIII.

Donatio Iremberti in eadem villa.

25. Febr. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Martii, anno XXIII Karoli regis, ego Irembertus & filius meus Madelbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Sickincheim* jj manſos cum hubis, ſilvis, aquis &c.

MMCCXXIV.

Commutatio Hiltrami in eadem villa.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Adalungum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Hiltramum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in *pago Chreichgowe* in villa *Otenheim* jurnales vj de terra aratoria; e contra dedit præfatus vir in eadem villa tantumdem de ſilva ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Auguſti, anno XXIIII Karoli regis.

MMCCXXV.

Digitized by Google

MMCCXXV.

Donatio Rutſuindae.

Ego in Dei nomine Liutolf pro remedio animæ Rutſuindæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Creichgowe in villa *Otenheim*, & xjjj jurnales de terra aratoria, & prata ad carradas jjjj de ſeno & quidquid ad ipſum manſum pertinet ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Sept. anno XL Karoli regis. 1. Sept.

MMCCXXVI.

Donatio Udelfridi in Othenheim.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Julii, anno primo Karoli regis, ego Udelfrid pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. cx jurnales in pago Creichgowe in villa *Othenheim* &c. 1. Jul.

MMCCXXVII.

Donatio Adalmari in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Auguſti, anno III Karoli regis, ego Adalmarus pro remedio animæ Hiltrudæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenfheim* quidquid ibidem habere videor in manſis, terris, ſilvis, domibus, ædificiis &c. 25. Aug.

MMCCXXVIII.

Donatio Autolfi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Autolf & conjux mea Odolſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. xxv jurnales in pago Kreichgowe in villa *Otenheim*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XI kalendas Decembris, anno II Karoli regis. 21. Nov.

MMCCXXIX.

Digitized by Google

MMCCXXIX.

Donatio Volcgeri in eadem villa.

5. Mart. In Chriſti nomine, ſub die III nonas Martii, anno VIII Karoli regis, ego Volcger & conjux mea Blihild donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Creichgowe in villa *Otencheim* cum caſa & curia deſuper, & vjjj jurnales & quidquid ibidem habere videmur &c.

MMCCXXX.

Donatio Alamanni in Othencheim.

11. Sept. In Chriſti nomine, ſub die III idus Sept. anno XX Karoli regis, ego Alaman & uxor mea Hildeſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Othenheim* quidquid ibidem videmur habere &c.

MMCCXXXI.

Donatio Allidonis in eadem marca.

1. Nov. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Novembris, anno II Karoli regis, ego Allido & conjux mea Guntſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Othenheim* manſum j & jurnales x & prata vjj &c.

MMCCXXXII.

Donatio Gracconis in villa Otenheim.

1. Oct. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Octobris, anno ſecundo Karoli regis, ego Gracco pro anima Autheri, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* quidquid ibidem habuit in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCXXXIII.

Donatio Gunberti in villa Otenheim.

Ego in Dei nomine Gunbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Creichgowe in villa *Otenheim*, & molendinum j, jurnales XL, biſangum j & prata ad carradas jj, & in *Menzinger* marca jurnales c, biſangum j & prata ad carradas jj, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Septemb. an. XVIII Ludewici imperatoris. 2. Sept.

MMCCXXXIV.

Donatio Helidonis in villa Othenheim.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Novembris, anno XI Caroli regis, ego Helido dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in pago Creichgowe in villa *Otenheim* in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c. 24. Oct.

MMCCXXXV.

Donatio Almanni in villa Otenheim.

Ego in Dei nomine Alaman & conjux mea Hildisnot donamus ad ſanctum Nazarium &c. de terra arabili quidquid habere videor in pago Creichgowe in villa *Otenheim*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXII Karoli regis.

MMCCXXXVI.

Donatio Racheri in eadem marca.

Ego in Dei nomine Racher pro remedio animæ Freigaſt, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* v jurnales de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Ac-

Digitized by Google

5. Mart. tum in monaſterio Laurisham, die III nonas Martii, anno XXXVI Karoli regis.

MMCCXXXVII.

Donatio Reginfridi in eadem marca.

13. Oct. In Chriſti nomine, ſub die III idus Octobris, anno XXII Karoli regis, ego Reginfrit pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. xv jurnales in pago Creichgowe in villa *Otenheim* & unum pratum &c.

MMCCXXXVIII.

Donatio Leiteri in villa Otenheim.

Ego in Dei nomine Leither dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* x jurnales perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
25. Maj. ſterio Laurisham, die VIII kalendas Junii, anno XXII Karoli regis.

MMCCXXXIX.

Donatio Alamanni in villa Otenheim.

15. Apr. In Chriſti nomine, ſub die XVII kalendas Maji, anno XXX Karoli regis, ego Alaman & conjux mea Hildisnot donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Creichgowe in villa *Odenheim* & hubam j &c.

MMCCXL.

Donatio Alamanni in villa Otenheim.

22. Jun. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Julii, anno XVI Karoli regis, ego Alaman, pro remedio animæ Willetrudæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Chreichgowe in villa *Oten-*

Digitized by Google

Otenheim quidquid ibidem habui in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCXLI.

Donatio Wolframi in villa Otenheim.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Decembris, an. XXVII Karoli regis, ego Wolfram, pro remedio animæ germani mei Ditberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales in pago Creichgowe in villa *Otenheim* &c. 22. Nov.

MMCCXLII.

Donatio Sigebaldi in villa Otenheim.

Ego in Dei nomine Sigebald, pro remedio animæ Winbaldi, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Chreichgowe in villa *Otenheim* tertiam partem de j huba, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Febr. anno XXIIII Karoli regis. 27. Jan.

MMCCXLIII.

Donatio Nandochi in villa Otenheim.

In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Maji, anno XXVI Karoli regis, ego Nantoch & germanus meus Suberentzo donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* quidquid ibidem habere videmur &c. 30. Apr.

MMCCXLIV.

Donatio Adelfridi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die III idus Junii, anno VI Karoli regis, ego Adelfrid pro remedio animæ meæ dono ad ſanc- 11. Jun.

 tum

tum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* jurnales xjjjj & prata ad carradas jjjj de ſeno &c.

MMCCXLV.
Donatio Liudegarii in eadem marca.

27. Jul. In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Auguſti, anno IIII Karoli regis, ego Liudegarius pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* jjj jurnales &c.

MMCCXLVI.
Donatio Gundoldi.

Ego in Dei nomine Gundold pro me & pro fratre meo Geroldo dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Otenheim* quidquid ibidem habuimus in manſis, domibus, ædificiis, ſilvis, terra culta & inculta, ſtipulatione
15. Mart. ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMCCXLVII.
Donatio Ditberti.

In Chriſti nomine, anno V Karoli regis, ego Ditbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Creichgowe* in *Rinchelinger* marca j & xjj jurnales &c.

MMCCXLVIII.
Donatio Eberuini in villa Richinlingen.

5. Maj. In Chriſti nomine, ſub die III nonas Maji, anno XXII Karoli regis, ego Eberuuin & conjux mea Oſterniu donamus ad ſan-

ſanctum Nazarium &c. jj manſos in eodem ſupra dicto pago in villa *Rinchinlingen* cum ædificio, & XL jurnales & prata ad jjjj carradas, & jjj mancipia &c.

MMCCXLIX.

Donatio Meinhardi in ſupra dicta villa.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Meinhardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in eadem ſupra dicta villa x jurnales de terra &c. 30. Dec.

MMCCL.

Donatio Colonis in Rinchelinger marca.

In Chriſti nomine, ſub die III idus Januarii, anno XXIIII Karoli regis, ego Colo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in *Rinchelinger* marca unum manſum cum ædificio, & XL jurnales de terra & prata ad carradas jjj de feno &c. 11. Jan.

MMCCLI.

Donatio Oſterniu in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno V Karoli regis, ego Oſterniu pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in præfata marca cum caſa & curia deſuper, & jj mancipia &c. 12. Jun.

MMCCLII.

Donatio Altwini.

In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Junii, anno VIII Karoli regis, ego Altwinus pro remedio animæ meæ dono ad 27. Maj.

 ſanc-

Digitized by Google

ſanctum Nazarium &c. vj jurnales in *pago Creichgowe* in *Oſtringer* marca &c.

MMCCLIII.

Donatio Hiltebaldi.

Ego in Dei nomine Hildebald pro remedio animæ meæ & patris mei Erlolfi dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in pago Creichgowe in *Oſtringer* marca in manſis, pratis, perviis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Ac-
19. Mart. tum in monaſterio Laurisham, die XIIII kalendas Aprilis, anno XIIII Karoli regis.

MMCCLIV.

Donatio Altwini in Oſtringen.

25. Jul. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Auguſti, anno VIII Karoli regis, ego Altwin pro anima Alberti dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in pago Creichgowe in *Oſtringer* marca ad jj carradas de feno &c.

MMCCLV.

Donatio Dudonis in eadem villa.

18. Aug. In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Septembris, anno XIII Pippini regis, ego Dudo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in ſupra dicta marca in manſis, campis, ſilvis, aquis &c.

MMCCLVI.

Donatio Rudolfi in eadem villa.

Rudolfus tradidit ad ſanctum Nazarium martyrem in pago Creichgowe in *Oſtringer* marca jurnales vjj; e contra dedit

Digitized by Google

dit Gerhardus abba jurnales x. Iſti ſunt teſtes, Wolfbrant, Arnolt, Engilwat.

MMCCLVII.

Donatio Eberwini in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die XIII kalendas Februarii, anno XXXIII Karoli regis, ego Eberwinus & Chinoldus, pro animabus Rudingi & Rotburgæ, donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj ſelhuben in pago Creichgowe in *Oſtrincheimer* marca & alias novem hubas, & in *Munigoldesheim* j hubam & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, aquis, domibus, ædificiis, & mancipia xxxvj cum omnibus, quæ habere videntur; ſimiliter in *pago Lobedunenſi* in *Granesheim* j ſelhuben, & alias vjj hubas, & in *Huſer* marca jj hubas, & in *Wibelingen* j hubam & jj vineas, & in *Blanckenſtat* jjj manſos & ad ipſos ſilvam pertinentem, & in *Nuzloha* j hubam & j vineam, & in *Botresheim* quidquid ibi conquiſivit Egisher, & in *Rohrbacher* marca jj vineas, & in *Bergheim* j vineam & mancipia XL cum omnibus quæ habere videntur; ſimiliter in *pago Spirenſi* in *Muterſtat* jj hubas, & in *Mutach* unam ſelhubam, & alias ... & mancipia xjjj cum omnibus quæ habere videntur &c. 20. Jan.

MMCCLVIII.

Commutatio Rudolfi in eadem marca.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Gerhardum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham & virum quendam nomine Rudolfum, ut res ſuas pro oportunitate locorum inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in pago Creichgowe in villa *Oſtringen* jurnales x; e contra dedit prædictus vir ad domum ſancti Nazarii in eadem villa jurnales vjj perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.

Digitized by Google

nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI idus Junii,
8. Jun. anno ſexto Arnolfi regis.

MMCCLIX.

Commutatio Tietſigum in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Tihtrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham & virum quendam nomine Dithgiſum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba jam dicto viro in pago Creichgowe in villa *Oſtrincheim* jurnalem j; e contra dedit præfatus vir in eadem villa jurnales jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Ludowici regis.

MMCCLX.

Donatio Williquimae in Munegoldesheim.

28. Mart. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Aprilis, anno VII Karoli regis, ego Willequima pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in *pago Creichgowe* in villa *Munigoldesheim* in manſis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMCCLXI.

Donatio Petri in eadem villa.

18. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Junii, anno XVII Karoli regis, ego Petrus, pro remedio animæ Bernheri, dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in pago Creichgowe in villa *Munigoldesheim*, & xvj jurnales de terra &c.

MMCCLXII.

MMCCLXII.

Commutatio Helprici in eadem villa.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laureſham, & virum quendam nomine Helpricum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in pago Creichgowe in villa *Munigoldesheim* jurnalem j & dimidium; e contra dedit præfatus vir in eadem villa jurnales jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno incarnationis dominicæ DCCCLXXIIII, Ludewici vero regis XXXVII.

MMCCLXIII.

Donatio Godolfi in Brethenheim.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Aprilis, anno III Karoli regis, ego Godolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra arabili in *pago Creichgowe* in *Bretteheimer* marca &c. 1. Apr.

MMCCLXIV.

Donatio Odilulfi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Novembris, anno I Karoli regis, ego Odilulf & conjux mea Garlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales in præfata villa &c. 1. Nov.

MMCCLXV.

Donatio Willonis in Bretheheim.

Ego in Dei nomine Willo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in *Bretteheimer* marca, & in *Geltolfeshuſen* v manſos cum terris, domi-

bus, ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia jjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, an. XXXVIII Karoli regis.

MMCCLXVI.
Donatio Richarti in eadem villa.

25. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Junii, anno XV Karoli regis, ego Richart pro remedio animæ Baliſuindæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j culturam de terra in eadem ſupradicta villa &c.

MMCCLXVII.
Commutatio Hildebaldi in eadem marca.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laureshaim & virum quendam Hildebaldum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Creichgowe in villa *Brethaheim* manſum j; e contra dedit præfatus vir in eadem marca jurnales jjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XXX Ludowici regis.

MMCCLXVIII.
Donatio Willonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Willo presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in *Bretaheimer* marca, in loco qui vocatur *Geldolfeshuſen*, eccleſiam, quæ ibidem conſtructa eſt, & quidquid in ipſa marca habere viſus ſum in manſis, pratis, domibus, ædificiis, & x mancipia cum omnibus quæ habere videntur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XII Ludowici imperatoris.

MMCCLXIX.

MMCCLXIX.

Donatio Wartmanni in eadem marca.

In Chriſti nomine, anno XXXIIII Karoli regis, ego Wartmann dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales in præfata marca &c.

MMCCLXX.

Donatio Lantfridi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Lantfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupra dicta marca, & xxx jurnales & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur in manſis, terris, ſilvis, domibus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XV Karoli regis.

MMCCLXXI.

Donatio Herigeri in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die VIII idus Martii, anno XXII Karoli regis, ego Heriger, pro anima Rutberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. in præſata marca *Breteheim*, quidquid ipſe Rutbertus ibidem habere viſus fuit in manſis, campis, pratis, ſilvis, & j mancipium nomine Sigewart &c. 8. Mart.

MMCCLXXII.

Donatio Suanabaldi in Albingheim.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Martii, anno XXIIII Karoli regis, ego Suanabaldus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in *pago Creichgowe* in *Albingheimer* marca, & in *Hadendesheim* & in *Mulinhuſen* in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, & vij mancipia &c. 14. Mart.

Digitized by Google

MMCCLXXIII.

Donatio Rutharti in praediƈta marca.

In Chriſti nomine, anno XVII Karoli regis, ego Ruthart dono ad ſanƈtum Nazarium &c. quidquid habere videor in præfatis marcis *Albingheim* & *Hadandesheim* in ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, & inter ipſas marcas LVj jurnales & j mancipium &c.

MMCCLXXIV.

Donatio Autberti in Albinheim.

In Chriſti nomine, anno XXII Karoli regis, ego Autbertus dono ad ſanƈtum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in pago Creichgowe in *Albincheim* & in *Mulinhuſen* & in *Hadandesheim* in manſis, campis, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis, & mancipia vjj &c.

MMCCLXXV.

Donatio Sigerati in eadem marca.

Ego in Dei nomine Sigerat, pro remedio animæ Albrici, dono ad ſanƈtum Nazarium &c. in præſata *Albingheimer marca* jj jurnales de terra ſtipulatione ſubnixa. Aƈtum in monaſterio Laurisham, anno XXXIII Karoli regis.

MMCCLXXVI.

Donatio Suanabaldi & Turinberti.

Nos in Dei nomine Suanabaldus & Turinbertus, pro anima Wagonis, donamus ad ſanƈtum Nazarium &c. vjjj jurnales in ſupra diƈta *Albincheimer* marca, ſtipulatione ſubnixa. 11. Jun. Aƈtum in monaſterio Laurisham, ſub die III idus Junii, anno XXX Karoli regis.

MMCCLXXVII.

Digitized by Google

MMCCLXXVII.

Donatio Turiberti in Mulinhuſer marca.

Ego in Dei nomine Turinbertus presbiter, pro remedio animæ Heltberti & filii ejus Glauberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in *Mulenhuſer* marca portionem meam de illa eccleſia, quæ in ipſa villa conſtructa eſt in honore ſanctæ crucis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III nonas Martii, anno XXXIII Karoli regis. 5. Mart.

MMCCLXXVIII.

Donatio Turinberti in villa Suabenheim.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & viros quosdam Turinbertum & Humbertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædictis viris in pago Creichgowe in villa *Mulnhuſen* jurnales jjjj, & de terra arabili jurnales xlv, & ad ſtirpandum jurnales xxjj; e contra dederunt præfati viri in *pago Lobdunenſi* in villa *Suabeheim* jurnales vjjj, & de terra arabili jurnales xlv, & ad ſtirpandum xxjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V kalendas Julii, anno XXI Ludowici regis. 28. Jun.

MMCCLXXIX.

Donatio Wolbranti in Mulenhuſen.

Ego in Dei nomine Wolbrant dono ad ſanctum Nazarium martyrem jjjj curtiles & quidquid habere viſus ſum in villa *Mulenhuſen.*

Digitized by Google

MMCCLXXX.

Donatio Oteri in villa Mulenhuſen.

Ego in Dei nomine Orther, pro remediis animarum patris & matris meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Crechgowe in villa *Mulnhuſen* aream unam cum domibus & ceteris ædificiis atque caſticiis, & inter ipſam marcam & *Cnudelinger* marcam jurnales xxx & prata ad carradas v & quidquid ad ipſas prædictas res pertinere videtur in domibus, terris, ſilvis, pratis, perviis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum
2. Sept. in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Septembris, anno III Ludowici regis.

MMCCLXXXI.

Donatio Suanabaldi in Mulnhuſem.

Ego in Dei nomine Suanabaldus presbiter dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid proprietatis habere videor in *Mulenhuſen* & in *Hadoltesheim* & in *Alaholſinger* marca in manſis, terris, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis, & xjjj mancipia, exceptis jjjj jurnalibus & jv mancipiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIII Ludowici regis.

MMCCLXXXII.

Donatio Wolpranti in Mulnhuſen.

Ego in Dei nomine Wolprant dono ad ſanctum Nazarium martyrem, in pago Creichgowe in villa *Mulenhuſen* jjjj areas. Iſti ſunt teſtes: Tihetbalt, Gerolt, Richbertus, Liupſrit.

MMCCXXXIII.

Digitized by Google

MMCCLXXXIII.

Donatio Berhardi in Creigowe.

Nos in Dei nomine Bernhart, Harprecht, Ceizo & Willeher donamus, pro remediis animarum Bitberti & Ruperti, ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videbantur in pago *Creichgowe* in manſis, campis, pratis, ſilvis, perviis, aquis, & mancipia xvj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Junii, anno XXXIIII Karoli regis. 30. Ma.

MMCCLXXXIV.

Donatio Huzonis in ſupra dicta villa.

Ego in Dei nomine Hunzo presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj areas in pago Creichgowe in ſupra dicta villa *Alaholſincheim* quid ibidem proprietatis habere videor in terris, domibus, ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Decembr. anno VIII Ludowici regis. 28. Nov.

MMCCLXXXV.

Donatio Huzonis in ſupra dicta marca.

Nos in Dei nomine Hunzo & Turinbertus & Frumolt donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupra dicta marca & jurnales LXX & prata ad carradas jjjj & jj capturas, & quidquid ad ipſas præfatas res pertinere videtur, & jjjj mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Maji, anno XX Ludowici regis. 1. Maj.

MMCCLXXXVI.

Digitized by Google

MMCCLXXXVI.

Donatio Rutgeri in villa Flancheim.

Ego in Dei nomine Rutger dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid proprietatis habere videor in *pago Creicgowe* in villa *Flancheim*, & in *Burbacher* marca in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, exceptis jjj mancipiis & jjj jurnalibus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XI Karoli regis.

MMCCLXXXVII.

Donatio Walperti in Flancheim.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto Walperto in pago Creichgowe in *Flanicheim* xjj jurnales & de pratis perticas XL; e contra dedit prædictus vir tantumdem in eodem pago in *Gozbodesheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVII Ludowici regis.

MMCCLXXXVIII.

Donatio Gumberti in eadem marca.

In Chriſti nomine conplacuit inter venerabilem Samuelem abbatem monaſterii ſancti Nazarii & virum nomine Gumbertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in villa *Flancheim* pratum j; e contra dedit præfatus vir in eadem marca j pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
22. Nov. naſterio Laurisham, die X kalendas Decembris, anno XI Ludowici regis junioris.

MMCCLXXXIX.

Digitized by Google

MMCCLXXXIX.

Donatio Willonis in Nicbodesheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis, ego Willo & conjux mea Rutrad donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in *pago Creichgowe* in *Nichbodesheimer* marca cum campis, pratis, ſilvis, aquis &c. 1. Jun.

MMCCXC.

Donatio Wicberti in ſupradicta villa.

In Chriſti nomine, ſub die XIIII kal. Junii, anno XXV Karoli regis, ego Wicbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Creichgowe in villa ſupra dicta, & hubam dimidiam cum campis, pratis, ſilvis, aquis &c. 19. Maj.

MMCCXCI.

Donatio Werinbaldi in Munigoldesheimer marca.

Ego in Dei nomine Rudinc & Werinbald frater meus, pro remedio animæ Herbaldi fratris noſtri, donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Creichgowe* in *Munigoldesheimer* marca, & unam hubam & dimidiam, & quidquid ibidem habere viſi ſumus in manſis, terris, campis, pratis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Martii, anno XXX Karoli regis. 15. Mart.

MMCCXCII.

Donatio Sumari in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, ſub die menſis Martii, anno V Karoli regis, ego Sumar pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Naza-

Nazarium &c. jj hubas in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCXCIII.

Donatio Hejonis in Munigoldesheim.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam nomine Hejo, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Creichgowe in villa *Munigoldesheim* j jurnalem; e contra dedit prædictus vir in eadem villa jurnales jj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Ludowici regis.

MMCCXCIV.

Donatio Undichonis in praefata villa.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Undicho, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in ſupradicta villa unum jurnalem; e contra dedit prædictus vir in eadem villa jurnales jj ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
23. Maj. ſterio Laur. die X kalendas Junii, anno XVII Ludowici regis.

MMCCXCV.

Donatio Hucberti in Grumbahc.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XXIII Karoli regis, ego Hucbertus & conjux mea Ditlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in *pago Creichgowe* in villa *Grumbach* cum huba & quidquid in ipſa marca habere videmur in campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCXCVI.

MMCCXCVI.

Donatio Rutdrudi in ſupra dicta villa.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Julii, anno XXI Karoli regis, ego Rutdrud pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in ſupradicta villa &c. 10. Jul.

MMCCXCVII.

Donatio Hidoldi in Hubeſtat.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno II Ludewici imperatoris, ego Hiltolf & frater meus Frecolf donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j & dimidium in pago Creichgowe in villa *Hubeſtat* & quidquid ad ipſum manſum pertinet in manſis, campis, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis, aquis, exceptis mancipiis &c. 12. Jun.

MMCCXCVIII.

Donatio Gertradi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Berhtrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca unum vilarem, & quidquid miſſo ſancti Nazarii demonſtravi in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI idus Januarii, anno XXIII Ludowici regis. 8. Jan.

MMCCXCIX.

Donatio Wolfi in Auunisheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno III Caroli regis, ego Wolfo dono ad ſanctum Nazarium &c. dimidium 12. Jun.

Digitized by Google

manſum in *pago Creichgowe* in *Auunisheimer* marca cum caſa deſuper & jurnales xxx & prata vjjj &c.

MMCCC.

Donatio Herhardi in ſupra dicta marca.

7. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VII idus Junii, anno XVI Karoli regis, ego Herhart, pro anima Eierardi, dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in ſupra dicta marca cum caſis & curiis & omni ædificio ſuperpoſito, & vineam j juxta ipſam caſam, & quidquid ad ipſos manſos pertinet &c.

MMCCCI.

Donatio Helingeri.

Ego in Dei nomine Helinger & mater mea Ratheid donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Creichgowe* in villa *Burbach* in *Flaningheimer* marca manſos vj & jurnales CCLXXX & pratis ad carradas XL & mancipiis v ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IIII nonas Septem-
2. Sept. bris, anno XVIII Ludowici imperatoris.

MMCCCII.

Commutatio Alberti & abbatis Titrochi in Mencingen.*

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Titrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham & virum quendam nomine Albertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Creichgowe in villa *Burbach* aream unam; e contra dedit præfatus vir in eodem pago in villa *Mencingen* jurnalem j & dimidium. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVIII Ludowici imperatoris.

MMCCCIII.

Digitized by Google

MMCCCIII.

Donatio Rutgeri.

Ego in Dei nomine Rutger pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Burbach* v jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MMCCCIV.

Donatio Rutgeri.

Ego in Dei nomine Rutger pro remedio animæ patris mei Willonis dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Burbach* quidquid ibidem habere viſus ſum, exceptis xxx jurnales & jjj mancipia & j manſo & j prato ad v carradas, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Maji, anno X Karoli magni imperatoris. 26. Apr.

MMCCCV.

Donatio Herimari.

Ego in Dei nomine Herimar pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Creichgowe* in villa *Muncinesheim* unum manſum cum huba & prata ad carradas xv, & quidquid ibidem habere viſus ſum a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauresham, ſub die IIII kalendas Maji, anno XV Ludowici regis. 28. Apr.

Digitized by Google

MMCCCVI.
Commutatio Berheri.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum atque abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Lauresham, & virum quendam nomine Bernherum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in pago Creichgowe in villa *Muncinesheim* hubam j cum manſo; e contra dedit præfatus vir in eadem villa ſimiliter hubam j cum manſo, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas
26. Oct. Novembris, anno IX Ludowici imperatoris.

MMCCCVII.
Donatio Gundeberti.

In Chriſti nomine, ſub die menſis Maji, anno tertio Karoli regis, ego Gundebertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Creichgowe* in villa *Ziuterner* marca, quidquid proprietatis habere videor, in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCVIII.
Donatio Parthardi presbiteri.

Ego in Dei nomine Parthart presbyter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Ziuterner* marca j eccleſiam & quidquid proprietatis habeo in manſis, ſilvis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
1. Apr. Laurisham, die kalendas Aprilis, anno X Ludowici regis.

MMCCCIX.

MMCCCIX.
Donatio Kuniberti.

In Chriſti nomine, ſub die ſeptimo idus Aprilis, anno XXIII Karoli imperatoris, ego Kunibertus pro remedio animæ Dudonis dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Creichgowe in villa *Ziuternheim*, & quidquid ibidem habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis, & jjjj mancipia &c. 7. Apr.

MMCCCX.
Donatio Geroldi comitis.

In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Julii, anno XI Karoli regis, ego Geroldus comes & conjux mea Imma donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Ziuternheim* & in *Odenheim* quidquid habere videmur in terris, pratis, manſis, ſilvis, aquis &c. 30. Jun.

MMCCCXI.
Donatio Manigoldi.

Ego in Dei nomine Manigolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Creichgowe* in villa *Radincheim* quidquid habere viſus ſum in campis, pratis, ſilvis, aquis, a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Junii, anno XXXVI Karoli regis. 12. Jun.

MMCCCXII.
Donatio Zotoldi.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Zotolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum 25. Maj.

tum Nazarium &c. in pago Creichgowe in villa *Radincheim* j campum & j haſtunna perpetualiter ad poſſidendum &c. Ego Rudolfus presbiter & monachus rogatus ſcripſi.

MMCCCXIII.

Donatio Engilwardi in Ratincheim.

Ego in Dei nomine Engilwart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in pago Creichgowe in villa *Ratincheim* in campis & ſilvis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die kalendas
1. Apr. Aprilis, anno XII Ludowici imperatoris.

MMCCCXIV.

Ego in Dei nomine Gozbertus presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid proprietatis habere videor *in pago Linzgowe* in villa *Heichenſtecge* in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & jjjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IIII nonas Decem-
2. Dec. bris, anno V Arnolfi regis.

MMCCCCLXXI.

Donatio Teutmari in eadem marca.

30. Dec. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Januarii, anno X Karoli regis, ego Teutmar dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, de terra aratoria xxxvjj perticas, & de pratis ʟvjj perticas &c.

MMCCCCLXXII.

Donatio Teothildi in Lencingen.

Ego in Dei nomine Theothild dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Sinegowe* in *Lenzingen* ʟx jurnales, & manſos jj, caſas jj, curias jj, pomeria jj, & quidquid habere viſa ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in
21. Maj. monaſterio Laurisham, die XII kalendas Junii, anno XX Karoli regis.

MMCCCCLXXIII.

Donatio Ecchonis in eadem marca.

Ego in Dei nomine Ecco dono ad ſanctum Nazarium &c. j hubam in ſupradicta marca & quidquid ad ipſam pertinet in terra culta & inculta, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio

ſterio Laurisham, ſub die X kalendas Aprilis, anno XV Karoli regis. 23. Mart.

MMCCCCLXXIV.

Donatio Adalungi in Leoncinwilere.

In Chriſti nomine, ſub die nonas Julii, anno XXIII Karoli 7. Jul.
regis, ego Adalungus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in *pago Ardingowe* in *Leonzenwilere* in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCCLXXV.

Donatio Folcbaldi.

In Chriſti nomine complacuit inter venerabilem Gundelandum abbatem, & virum quendam nomine Folibaldum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus vir in villa *Leonzingen* j manſum, & pratum j; e contra accepit tandundem terræ ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno II Karoli regis.

MMCCCCLXXVI.

Donatio Hodilſuintae in Hochcinheim.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Julii, anno VI Karoli 27. Jun.
regis, ego Hodilſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in *pago Angalachgowe* in villa *Hochkinheim* &c.

MMCCCCLXXVII.

Commutatio Bitbaldi in eadem marca.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Babonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laureſham & virum quendam, nomine Bitbaldum, ut res ſuas in-

ter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in ſupradicta marca dimidiam aream; e contra dedit prædictus vir in eadem marca aream unam ſtipulatione ſubnixa. Actum
24. Mart. in monaſterio Laurisham, die IX kalendas Aprilis, anno ſecundo Ludowici regis.

MMCCCCLXXVIII.

Donatio Gunteri in eadem villa.

Ego in Dei nomine Gunterus & conjux mea Bleinſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca cum caſa & omni ædificio ſuperpoſito cum campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
27. Maj. Laurisham, die VI kalendas Junii, anno III Karoli regis.

MMCCCCLXXIX.

Donatio Fincgonis in eadem marca.

2. Aug. In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Auguſti, anno VI Karoli regis, ego Friccao & conjux mea Hiltruth donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſum pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCCLXXX.

Donatio Lantfridi in eadem marca.

30. Aug. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Septembris, anno quinto Karoli regis, ego Lantfridus & conjux mea Odelſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. dimidium manſum in ſupradicta marca, cum arboribus pomiferis, & de terra aratoria jurnales xx cum campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCCLXXXI.

Digitized by Google

MMCCCCLXXXI.

Donatio Hilteboldi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Hiltebolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca unum jurnalem de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Aprilis, anno XXXVII Karoli regis. 6. Apr.

MMCCCCLXXXII.

Donatio Wanberti in Wertheim.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Julii, anno IV Karoli regis, ego Wanbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in *pago Engilagowe* in *Wertheim* & *Hochinheim* & *Gernisheim* in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & j mancipium, & jj vineas in *Bercheimer* marca &c. 17. Jun.

MMCCCCLXXXIII.

Donatio Esprati in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die idus Septembris, anno IIII Karoli regis, ego Eſprath dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradictis marcis quidquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, & j mancipium &c. 13. Sept.

MMCCCCLXXXIV.

Commutatio Reginbaldi in Blanckenſtat.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Ebergiſum epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham; & virum quendam, nomine Meginbaldum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus

tus abba prædicto viro in *Hochenheim* & *Wertheim* quidquid habere viſus eſt; e contra dedit prædictus vir in ea *Blankenſtat* quidquid habuit, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
28. Jun. Laurisham, die IIII nonas Julii, anno XII Ludowici imperatoris.

MMCCCCLXXXV.

Donatio Humberti in Munigoldisheim.

20. Apr. In Chriſti nomine, ſub die XII kalendas Maji, anno X Karoli regis, ego Hunbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Angilacgowe* in villa *Munigoldesheim*, de omni poſſeſſione mea medietatem &c.

MMCCCCLXXXVI.

Donatio Humberti in eadem marca.

Ego in Dei nomine Hunbertus venerabili Gundelando abbati de monaſterio Laurisham vendidi in ſupradicta marca medietatem de omni poſſeſſione mea, unde accepi ab ipſo in pretio juxta quod inter nos complacuit, id eſt, de argento jx uncias, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno X Karoli regis.

MMCCCCLXXXVII.

Donatio Wolfberti in Geminisheim.

27. Jun. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Julii, anno V Karoli regis, ego Wolfbertus & conjux mea Willehilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. xx jurnales in *pago Angilacgowe* in *Geminisheim*, & manſum j cum manſis, pratis, ſilvis, aquis, & in *Mulinheimer* marca vjj jurnales de terra aratoria.

MMCCCCLXXXVIII.

Digitized by Google

MMCCCCLXXXVIII.

Donatio Ruperti in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die XI kalendas Junii, anno VII Karoli regis, ego Rupertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca j hubeſtat cum manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 22. Maj.

MMCCCCLXXXIX.

Donatio Ittis in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Auguſti, anno primo Karoli regis, ego Ittis pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 1. Aug.

MMCCCCXC.

Donatio Ratbaldi in eadem marca.

Ego in Dei nomine Ratbaldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in præfata marca *Gemminisheim* & in *Marcbotisheim* & in *Mulinheim* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die menſis Septembris, anno primo Karoli regis.

MMCCCCXCI.

Donatio Emichonis in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Auguſti, anno IX Karoli regis, ego Emicho dono ad ſanctum Nazarium &c. in præfata *Gemminisheimer* marca & in *Heldolfesheim* & *Marcbotesheim* & *Mulnen* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & j molendinum & xxxjj mancipia &c. 26. Jul.

MMCCCCXCII.

Digitized by Google

MMCCCCXCII.

Donatio Landelachi in eadem marca.

27. Jun. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Julii, anno VI Karoli regis, ego Landelach pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam in ſupradicta marca, & pratum j cum manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCCXCIII.

Donatio Ruthardi in eadem marca.

8. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VI idus Junii, anno VII Karoli regis, ego Ruthart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca, & pratum ad carradas x perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMCCCCXCIV.

Donatio Raffoldi in Nackeim.

Ego in Dei nomine Raffolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. baſilicam j in pago Anglachgowe in *Martbodesheimer* marca in loco, qui dicitur *Nacke*, & quidquid ad ipſam pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia xxxjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
14. Maj. risham, die II idus Maji, anno XXXV Karoli regis.

MMCCCCXCV.

Donatio Wolfberti in Nacheim, & Mulnen, & in Grechu.

3. Oct. In Chriſti nomine, ſub die V nonas Octobris, anno primo Karoli regis, ego Wolfbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in præfato pago

pago in *Marcbodesheim*, & in *Nacheim*, & in *Mulnen*, & in *Geminisheim*, & in *Grechu*, in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & terris aratoriis, & j mancipium &c.

MMCCCCXCV.

Donatio Dudonis in ſupradictis marcis Marcbodesheim & Giminisheim.

In Chriſti nomine, die V kalendas Julii, anno V Karoli regis, ego Dudo & conjux mea Hildiſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradictis marcis *Marcbodesheim* & *Geminisheim* v jurnales de terra aratoria, & alios v de inculta terra &c. 27. Jun.

MMCCCCXCVI.

Donatio Dudonis in Marcbodesheim marca.

Ego in Dei nomine Dudo dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca *Marcbodesheim* eccleſiam j, quæ conſtructa eſt in honore ſancti Martini cum manſis, pratis, ſilvis, aquis, & quidquid ad ipſam pertinere videtur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MMCCCCXCVII.

Donatio Wigandi in Marcbodesheimer marca & Mulinſtat.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Novembris, anno VII Karoli regis, ego Wigant pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta *Marcbodesheimer* marca jj hubas cum campis, pratis, ſilvis, aquis, & in *Mulinſtat* unum molendinum & quidquid ibidem habere viſus ſum &c. 28. Oct.

Digitized by Google

MMCCCCXCVIII.

Donatio Sigeboldi in Gernisheimer marca.

21. Jun. In Chriſti nomine, die XI kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Sigeloldus dono ad ſanctum Nazarium &c. in præfato pago Anglachgowe in *Gernisheimer* marca, manſum j & jurnalem j de terra aratoria, & pratum ad v carradas cum campis, ſilvis, aquis &c.

MMCCCCXCIX.

Donatio Ruberti in ſupradicta marca.

26. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Junii, anno X Karoli regis, ego Rupertus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMD.

Donatio Richiswindis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Richſuindis pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor &c. Actum in monaſterio Laurisham, anno
29. Apr. quinto Karoli regis, die III kalendas Maji.

MMDI.

Donatio Babonis in ſupradicta marca, & in Hantſcuesheim, & in Etdingen.

Ego in Dei nomine Babo & genitrix mea Richſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & in *Hantſcuesheim* j vineam, & in *Etdingen* tertiam partem unius vineæ

neæ & jjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VIII Karoli regis.

MMDII.

Donatio Haii in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Septembris, anno X Karoli regis, ego Hajo & Odilbald donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videmur &c. 28. Aug.

MMDIII.

Donatio Geroldi in ſupradicta marca in loco, qui dicitur Stambura.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Julii, anno XI Karoli regis, ego Geroldus comes pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in loco, qui dicitur *Stainbura* perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Jul.

MMDIV.

Donatio Liubrandi in Veſtheimer marca.

Ego in Dei nomine Liubrant & conjux mea Hartlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Anglachgowe* in *Veſtheimer* marca quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVII Karoli regis.

Qqq 2 MMDV.

MMDV.

Donatio Hemmae, Gozberti & Horscolfi in ſupradicta marca.

Nos in Dei nomine Hemma & Gozbertus & Horscolf donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die menſis Maji, anno XVI Pippini regis.

MMDVI.

Donatio Gunzae in ſupradicta marca.

22. Maj. In Chriſti nomine, ſub die XI kalendas Junii, anno quinto Karoli regis, ego Gunza pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in ſupradicta marca in manſis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDVII.

Donatio Ruthardi in ſupra dicta marca.

20. Jul. In Chriſti nomine, ſub die XIII kalendas Auguſti, anno IIII Karoli regis, ego Ruthardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in terra aratoria, & ſilvam &c.

MMDVIII.

Donatio Ratberti in ſupradicta marca, & in Gernisheim, & in Ochinheim.

Ego in Dei nomine Ratbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca & in *Gernisheim* & in *Ochinheim* quidquid habere videor in manſis, pratis,

tis, ſilvis, aquis, & in *Bergenheim* j vineam, & ſilvam in *Marelheim* & jjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die menſis Auguſti, anno primo Karoli regis.

MMDIX.

Donatio Erkanfridi in villa Tettenheim.

Ego in Dei nomine Erkanfrid dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Anglachgowe* in villa *Tettenheim* jx jurnales de terra, & pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II nonas Januarii, anno XXIII Karoli regis. 4. Jan.

MMDX.

Donatio Crothlany in Mulenheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Auguſti, anno XVI Pippini regis, ego Crothlanci & filius meus Ruppertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Anglachgowe in *Mulinheimer* marca, & v jurnales de terra, & in *Hanſcuesheim* in pago Lubedunenſi vineam j &c. 12. Aug.

MMDXI.

Donatio Gerwini & Waldradis in praedicta marca.

Nos in Dei nomine Gerwin & Waldrat donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Junii, anno X Karoli regis. 1. Jun.

MMDXII.

Donatio Adelradi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Adelrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, manſum j & xxx jurnales, & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
15. Aug. die VIII kalendas Septembris, anno XVIII Ludowici imperatoris.

MMDXIII.

Donatio Marchwini in ſupradicta marca.

17. Jul. In Chriſti nomine, ſub die VI kalendas Auguſti, anno VII Karoli regis, ego Marchuin & frater meus Ruthuin donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in ſupradicta marca & quidquid ad ipſum pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDXIV.

Donatio Autgaudi in praedicta marca, & in Eckenſtein.

12. Sept. In Chriſti nomine, ſub die II idus Septembris, anno XVIII Karoli regis, ego Autgart dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in præfata marca habere videor, & in *Eckenſtein* in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDXV.

Donatio Autgardis in ſupra dicta marca.

Ego in Dei nomine Autgart dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca tertiam partem unius manſi, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII no-
2. Jun. nas Junii, anno XXII Karoli regis.

MMDXVI.

Digitized by Google

MMDXVI.

Donatio Hereberti in ſupra dicta marca.

In Chriſti nomine, die XVIII kalendas Maji, anno XXII Karoli regis, ego Herebertus presbiter dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, & in *Gemminsheim* & in *Marcbodesheim* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 14. Apr.

MMDXVII.

Donatio Tutonis.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XX Karoli regis, ego Tuto pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Anglachgowe* in *Morilinheimer* marca quidquid ibidem habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum &c. 24. Jun.

MMDXVIII.

Donatio Waltheri in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno IIII Karoli regis, ego Waltherus dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videor de terra aratoria, ſilvis, manſis, pratis &c. 12. Jun.

MMDXIX.

Donatio Velaramni.

Ego in Dei nomine Velaramnus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſum pertinet in terris, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IX kalendas Januarii, anno IIII Karoli regis. 24. Dec.

MMDXX.

MMDXX.
Donatio Herionis.

Ego in Dei nomine Herio pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in ſupradicta marca & quidquid ibidem habere videor in domibus, ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
12. Jun. risham, die II idus Junii, anno ſecundo Karoli regis.

MMXXI.
Donatio Reinbaldi.

Ego in Dei nomine Reginbald dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca & quidquid ibidem habere videor de terra aratoria, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa.
13. Mart. Actum in monaſterio Laurisham, die III idus Martii, anno XII Karoli regis.

MMDXXII.
Donatio Bickionis in eadem marca.

Ego in Dei nomine Bickio venerabili Gundelando, abbati monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, vendidi dimidium manſum in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſum pertinet in campis, pratis, ſilvis, aquis. Unde accepi ab ipſo in pretium Caballum j, & ipſam rem vobis tradidi perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die menſis Septembris, anno V Karoli regis.

MMDXXIII.
Donatio Wolfgangi & Grimberti.

Ego in Dei nomine Wolfganc & filius meus Grimbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Angalachgowe*

in

in *Regineſheimer* marca jj areas, unam dominicalem, & alteram ſervilem cum ædificiis ſuperpoſitis, & LXX jurnales ad ipſas areas pertinentes, & prata ad carradas XXV cum campis, ſilvis, aquis, & jx mancipia, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Martii, anno Ludowici imperatoris xvjj. 12. Mart.

MMDXXIV.
Donatio Theodocari.

Ego in Dei nomine Theodocar dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj manſos in ſupradicta marca & jjj hubas, & in *Rucheſheim* j manſum & quidquid ad ipſum pertinet in pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Maji, anno XXV Karoli regis. 14. Maj.

MMDXXV.
Donatio Wolfonis.

Nos in Dei nomine Wolfo & Aſprin donamus ad ſanctum Nazarium &c. j hubam in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

MMDXXVI.
Donatio Humberti.

Nos in Dei nomine Humbertus & Sabarich & Aſpirn donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j, & hubam j in ſupradicta marca & quidquid ad ipſam pertinet in vineis, domibus, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Junii, anno II Ludowici imperatoris. 27. Maj.

Digitized by Google

MMDXXVII.

Donatio Amichonis.

24. Apr. In Chriſti nomine, die VIII kalendas Maji, anno VII Karoli regis, ego Amicho & Eberwin donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago Anglachgowe in *Heidolfesheimer* marca, & quidquid ad ipſum pertinere videtur in campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDXXVIII.

Donatio Willeberti in Heidolfesheim.

Ego in Dei nomine Willebertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Anglachgowe in *Heidolfesheim* & *Marcbodesheim* & *Gemminsheim* quidquid hereditatis ego & frater meus Erkenmar & filius amitæ meæ Willebertus habere videmur, & de terra aratoria jurnales XLjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die ka-
1. Maj. lendas Maji, anno X Ludowici imperatoris.

MMDXXIX.

Donatio Hamathionis.

Ego in Dei nomine Hamathio pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Anglachgowe* in *Heidolfesheim* & *Marcbodesheim* & *Mulnen* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & mancipia xxx ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
26. Jan. die VII kalendas Februarii, anno II Karoli regis.

MMDXXX.

MMDXXX.

Donatio Dettae in pago Eliſanzgowe.

Ego in Dei nomine Detta dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Eliſanzgowe* in *Gemminsheimer* marca in loco *Cimbren* & jj hubas cum manſis, pratis, ſilvis, aquis, & vj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IIII nonas Octobris, anno XXXVII Karoli regis. 4. Oct.

MMDXXXI.

Donatio Milonis in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die X kalendas Julii, anno I Ludewici imperatoris, ego Milo dono ad ſanctum Nazarium &c. jj ... in præfata marca, & jurnales LXX & prata vjjj &c. 22. Jun.

MMDXXXII.

Donatio Herolfi.

In Chriſti nomine, die III kalendas Aprilis, anno III Karoli regis, ego Herolf dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in præfata marca & jurnales vj &c. 30. Mart.

MMDXXXIII.

Donatio Reginberti in praedicta marca.

Ego in Dei nomine Reginbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim j & jurnales jjj de terra arabili in ſupradicta marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IX kalendas Januarii, anno ſecundo Karoli regis. 24. Dec.

MMDXXXIV.

Commutatio inter Tiotrochum & Erlewinum.

In Chriſti nomine complacuit &c. inter venerabilem Tiothrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Erlewinum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus vir prædicto abbati in ſupra dicta *Gemminheimer* marca jurnales jx, & in *pago Lobodunenſi* in villa *Hellenbach* jurnales vjj, & in *Rorbacher* marca vineam j; e contra dedit præfatus abba in eadem *Gemminc-heimer* marca jurnales jx & molam j, ſtipulatione ſubnixa. Ac-
15. Nov. tum in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Decembris, anno XXX Ludowici regis.

MMDXXXV.

Donatio Sigeſolci.

Ego in Dei nomine Sigeſolc dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales in ſupradicta marca *Gemmincheim*, & pratum j ad jjj carradas ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die menſis Januarii, anno primo Karoli regis.

MMDXXXVI.

. . . .

Ego in Dei nomine Richolf pro remedio animæ Wacconis dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra arabili in ſupradicta marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
12. Mart. naſterio Laurisham, die IV idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMDXXXVII.

MMDXXXVII.
Donatio Aſperti.

In Chriſti nomine, die II idus Septembris, anno XXII Karoli regis, ego Aſpertus pro remedio animæ meæ & ſororis meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vjjj jurnales in ſupradicta marca &c. 12. Sept.

MMDXXXVIII.
Donatio Liutheri.

Ego in Dei nomine Liutherus pro remedio animæ Erneſtes dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid idem Erneſt in ſupradicta marca habere viſus fuit in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, excepto j biſango & jjjj jurnales, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die X kalendas Decembris, anno XXVI Ludowici regis. 22. Nov.

MMDXXXIX.
Donatio Frotuini.

Ego in Dei nomine Frotuin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Februarii, anno V Karoli regis. 25. Jan.

MMDXL.
Donatio Wolfi, Petri & Pauli.

Nos in Dei nomine Wolf & Peter & Paulus pro remedio animæ Heribrandi donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca cum huba & quidquid ad ipſam

in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXV Karoli regis.

MMDXLI.

Donatio He in ſupradicta marca.

27. Apr. In Chriſti nomine, die V kalendas Maji, anno X Karoli regis, ego He pro me & patre meo Rothuino dono ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales in ſupra dicta marca perpetualiter ad poſſidendnm &c.

MMDXLII.

Donatio Herradis.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XXVII Karoli regis, ego Herrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j haſturra in ſupra dicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDXLIII.

Donatio Heimerici.

Nos in Dei nomine Heimerich, Liubrant, Herebrant & Dudo donamus ad ſanctum Nazarium &c. j biſangum in ſupradicta marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVIII Ludowici regis.

MMDXLIV.

Donatio Wolframi.

Item Wolfram tradidit in eadem marca biſangum j ad ſanctum Nazarium martyrem, coram teſtibus Erkenberto, Reginhardo, Heremanno, Richkov, Nandolfo.

MMDXLV.

MMDXLV.

Donatio Udalrici in ſupradicta Gemminicheimer marca.

In Chriſti nomine, die V nonas Martii, anno XXI Karoli regis, ego Udelrich & conjux mea Willeburc donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videmur in ſupradicta *Gemmincheimer* marca, & in *Hucchenheim* in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & vjjj mancipia &c. 3. Mart.

MMDXLVI.

Donatio Reginbaldi.

Ego in Dei nomine Reginbald pro anima Wolfbaldi germani mei dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales & pratum j in ſupradicta marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MMDXLVII.

Donatio Werinbaldi.

Ego in Dei nomine Werinbald & conjux mea Imma donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j cum huba in *pago Eliſanzgowe* in villa *Turnina*, & virum quendam cum uxore ſua in ipſa huba commorantem, & quidquid ad ipſam pertinet in terris, domibus, ædificiis, mancipiis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham anno XX Ludewici regis.

MMDXLVIII.

Donatio Wenilonis.

Nos in Dei nomine Wenilo & Wenibrath pro animabus Burgolfi & Luitolfi donamus ad ſanctum Nazarium &c. eccleſiam

ſiam j in ſupradicta marca in honore ſancti Nazarii dedicatam, & manſum unum indominicatum cum ædificiis ſuperpoſitis, & terram arabilem, quæ ad ipſum pertinet, & hubas ſerviles vjj, & in villa *Muſtrichesheim* jjjj hubas, ſimiliter in *Sunnensheim* jjjj hubas, & in *Rudolfesmulin* hubas jj, & quidquid idem Burgolfus habere viſus eſt, & mancipia LXVjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Ludowici imperatoris.

MMDXLIX.
Donatio Werinheri.

Ego in Dei nomine Wernherus dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Elſenzgowe* in *Sunnensheimer* marca & quidquid ad ipſum pertinet ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli imperatoris.

MMDL.
Donatio Recconis.

Ego in Dei nomine Reccho dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca xxx jurnales cum manſo & ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVII Ludowici regis.

MMDLI.
Donatio Haginonis.

In Chriſti nomine, anno III Karoli regis, ego Hagino dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum cum caſa deſuper in præfata marca, & v jurnales &c.

MMDLII.

Digitized by Google

MMDLII.

Donatio Werinheri in ſupra dicta marca.

In Chriſti nomine, anno XXX Karoli regis, ego Wernher dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca, & hubam j & quidquid ad ipſam pertinet &c.

MMDLIII.

Donatio Rumhildis in Sunnensheim.

Ego in Dei nomine Rumhilt pro remedio animæ meæ & genitoris mei Erlewini dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *Sunnensheim*, & in *Bercheim*, & in *Thiulinheim* habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, mancipibus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVI Karoli regis.

MMDLIV.

Commutatio inter Egilbertum abbatem & Emichonem.

In Chriſti nomine complacuit &c. inter venerabilem Egilbertum, abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Emicho, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in *Mihilunfeld* prata ad carradas jjjj; e contra dedit prædictus vir in *Sunnensheim* tantundem de pratis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVII Ludowici regis.

MMDLV.

Donatio Burgolfi.

Ego in Dei nomine Burgolf dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in ſupra dicta *Sunnensheimer* marca & prata jjjj ſtipu-

ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II
12. Jun. idus Junii, anno XII Ludowici imperatoris.

MMDLVI.
Donatio Theobaldi.

Ego in Dei nomine *Theotbaldus comes* dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in prædicta marca habere videor in terris, domibus, ædificiis, manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII
7. Aug. idus Auguſti, anno XXI Ludowici regis.

MMDLVII.
Donatio Thiedradis.

Ego in Dei nomine Thiedrat dono per manus Franconis & Ricocheri ad ſanctum Nazarium &c. j hubam in *pago Elſenzgowe* in *Odenheimer* marca, & in villa *Phaffenbrunne* hubas xjv & dimidiam, & quidquid ad ipſas pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno III Arnolfi regis.

MMDLVIII.
Donatio Bozhildis in praedicta marca.

31. Mart. In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Aprilis, anno III Karoli regis, ego Botzhilt dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra arabili in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDLIX.
Donatio Blidrudis.

Ego in Dei nomine Blitrud dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in *pago Elſenzgowe* in villa *Reocho* & quidquid ad ipſam

Digitized by Google

ipſam pertinere videtur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXV Ludowici regis.

MMDLX.

Donatio Gunfridi.

In Chriſti nomine, anno I Karoli regis, ego Gunfrit dono ad ſanctum Nazarium &c. unam vineam in ſupradicta marca, & in *Roſaris* j jurnalem & dimidium de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDLXI.

Donatio Berthelmi.

Ego in Dei nomine Berthelm pro animabus Sinonis, Nortmanni & Wolvonis dono ad ſanctum Nazarium &c. j hubam in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinere videtur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Maji, anno XXX Karoli regis. 17. Apr.

MMDLXII.

Donatio Moruchi.

In Chriſti nomine, Die kalendas Septembris, anno VII Karoli regis, ego Moruch pro animabus Liutfridi, Hugonis, Wolfmundi, Ratheri dono ad ſanctum Nazarium &c. manſos jjj in ſupradicta marca, & jurnales CLXX & prata ad carradas xx, & quidquid ad ipſos manſos pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Sept.

MMDLXIII.
Donatio Bernochi.

Ego in Dei nomine Bernoch dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca aream j & jurnales LX de terra arabili perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
20. Nov. monaſterio Laurisham, die XII kalendas Decembris, anno XXVI Ludowici regis.

MMDLXIV.
Donatio Berfridi & Calemanni.

27. Jun. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Julii, anno XX Karoli regis, ego Berfrit & Caleman donamus ad ſanctum Nazarium &c. xx jurnales in ſupradicta marca de terra culta & inculta &c.

MMDLXV.
Donatio Ichonis in ſupra dicta marca.

Ego in Dei nomine Icho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum j cum ædificio ſuperpoſito, & jurnales XLjjj, & prata ad carradas vj, & mancipia jjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Ludowici imperatoris.

MMDLXVI.
Donatio Wolfonis.

Ego in Dei nomine Wolfo pro animabus Hartradi & Segil dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales LX in ſupradicta marca & prata ad carradas x ſtipulatione ſubnixa. Actum in
28. Jan. monaſterio Laurisham, die V kalendas Februarii, anno XVI Ludowici imperatoris.

MMDLXVII.

Digitized by Google

MMDLXVII.
Donatio Sungardis.

Item Sungart dono in eadem marca jj manſos, jurnales cxxxvj, de uno bifango jj partes, prata ad carradas vjjj, mancipia vjj, & quidquid in *Huchelinger* marca & *Cimbren* proprietatis habuit. Iſti ſunt teſtes: Bernoch, Adelrat, Heidenrich, Wilhelm.

MMDLXVIII.
Donatio Engilhelmi.

Ego in Dei nomine Engilhelm pro Dei amore tradidi ad ſanctum Nazarium, martyrem in Laurisham, jj manſos in ſupra dicta *Riocher* marca, & j molendinum, & xxvj jurnales, & prata ad carradas v, & jj mancipia. Iſti ſunt teſtes: Reginwart, Hiltebolt, Adelrat, Heimrich.

MMDLXIX.
Donatio Rutlindis.

Ego in Dei nomine Rutlint dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum, in *pago Elſenzgowe* in *Helmunſtater* marca & quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Martii, anno XIIII Karoli regis. 12. Mart.

MMDLXX.
Donatio Altmanni & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Altman & conjux mea Egina donamus ad ſanctum Nazarium martyrem &c. j haſtunna in præfata marca, & quidquid habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Maji, anno XX Karoli regis. 22. Apr.

MMDLXXI.

Donatio Machelmi & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Mahchelm & conjux mea Ertlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in præfata marca, & curtim cum ædificio ſuperpoſito, & vjjj mancipia, & in *Ettingen* v mancipia cum omni poſſeſſione eorum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Karoli regis.

MMDLXXII.

Donatio Berolfi & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Berolf & conjux mea Willeſuind donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Elſenzgowe* in villa *Zimbren*, & quidquid ad ipſum pertinere videtur ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
28. Jul. die V kalendas Auguſti, anno X Karoli regis.

MMDLXXIII.

Donatio Hochberti.

23. Aug. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Septembris, anno XXII Karoli regis, ego Hochbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca, & quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDLXXIV.

Donatio Lutheri & Bobbonis.

Ego in Dei nomine Luther, & Germanus meus Bobbo donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca vj jurnales de terra culta & inculta ſtipulatione ſubnixa. Actum
28. Apr. in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Maji, anno III Karoli regis.

MMDLXXV.

MMDLXXV.

Commutatio inter Tiothrochum abbatem & Albertum.

In Chriſti nomine complacuit &c. inter venerabilem Tiohtrochum abbatem monaſterii ſancti Nazarii martyris in Lauriſham & virum quendam nomine Albertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba prædicto viro in *pago Nageldacgowe* in *Giſelſtedir* marca manſum j & jurnales cxx & pratum j; e contra dedit præfatus vir in ſupradicta *Zimber* marca manſum j & jurnales CLXXjjjj & bivangum j ad jurnales xjjjj & prata v, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die III kalendas Novembris, anno 30. Oct.
XXXVI Ludowici regis.

MMDLXXVI.

Donatio Ricchonis.

Ego in Dei nomine Biccho dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales in ſupradicta *Zimbrer* marca, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno X Karoli regis.

MMDLXXVII.

Donatio Liobwardi in Gemmincheim.

In Chriſti nomine, die II idus Octobris, anno XXXIII Karoli imperatoris, ego Liobwart dono ad ſanctum Nazarium 14. Oct.
&c. in ſupradicta marca in loco qui dicitur *Gemmincheim* vj jurnales de terra arabili perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDLXXVIII.

MMDLXXVIII.
Donatio Albolfi in Zimbren.

1. Nov. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Novembris, anno II Karoli regis, ego Albolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca *Zimbren* perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDLXXIX.
Donatio Liutfridi.

Ego in Dei nomine Liutfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jjj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
12. Mart. IIII idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMDLXXX.
Donatio Zeizonis.

Ego in Dei nomine Zeizo pro remedio animæ meæ & fratris mei Scemphionis dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca unum pratum & jj jurnales perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
28. Maj. ham, die V kalendas Junii, anno IX Karoli regis.

MMDLXXXI.
Donatio Rutwini.

28. Maj. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Ruduin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j jurnalem in ſupradicta marca, & hereditatem Erkenbaldi perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDLXXXII.

Digitized by Google

MMDLXXXII.
Donatio Meginhardi.

Ego in Dei nomine Meginhardus pro remedio animæ meæ Raginhelmi dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj jurnales perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die IIII idus Martii, anno XIIII Karoli regis. 12. Mart.

MMDLXXXIII.
Donatio Siddilmi.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno VIII Karoli regis. Ego Siddilmus & conjux mea Oten donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Elſenzgowe* in *Berecheimer* marca quidquid ibidem habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c. 12. Jun.

MMDLXXXIV.
Donatio Mozonis in praefata marca.

In Chriſti nomine, ſub die XIIII kalendas Martii, anno XXV Karoli regis, ego Mozo pro remedio animæ meæ & conjugis meæ & germani mei dono ad ſanctum Nazarium &c. jurnales de terra culta & inculta xxx in præfata marca &c. 16. Febr.

MMDLXXXV.
Donatio Redcungi.

In Chriſti nomine, die menſis Auguſti, anno V Karoli regis, ego Reduinc dono ad ſanctum Nazarium &c. quinque hubas in pago *Elſenzgowe* in *Hovaheimer* marca & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

Digitized by Google

MMDLXXXVI.
Donatio Recconis & Reginheri.

Ego in Dei nomine Recco & Reginher tradimus ad ſanctum Nazarium in ſupradicta *Houaheimer* marca manſos jj & vjj jurnales & prata x & mancipia x, & in *Nuzloher* marca xx jurnales de vineis, & in *Sunnensheimer* marca in villa quæ dicitur *Muſtrihesheim* jjj hubas cum ædificiis ſuperpoſitis & areis & ſilva, jurnales xxv & pratum j. Iſti ſunt teſtes: Gerhardus, Albolf, Benno.

MMDLXXXVII.
Donatio Waldradis.

24. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VIII kalendas Julii, anno XXVII Karoli regis, ego Waltrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Elſenzgowe* in *Riſolfesheimer* marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDLXXXVIII.
Donatio Rutwini.

Ego in Dei nomine Rutwin & conjux mea Plihtrud donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & xx jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
10. Jul. VI idus Julii, anno I Karoli regis.

MMDLXXXIX.
Donatio Rutwini in prædicta marca.

Ego in Dei nomine Rutwin dono ad ſanctum Nazarium &c in ſupradicta marca xj jurn. ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
28. Jul. naſterio Laurisham die V kal. Aug. an. X Karoli regis.

MMDXC.

MMDXC.

Donatio Berthildis in praediſta marca.

In Chriſti nomine, die IIII kalendas Junii, anno XXVII Karoli regis, ego Berthildis, Deo ſacrata, dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca celulam meam in loco qui dicitur *Waldolfeshuſen*, & ſervum j cum huba ſua & omni poſſeſſione, & manſum j indominicatum cum caſa deſuper & omni ædificio ſuperpoſito, & baſilica, quæ conſtructa eſt in honore ſancti Petri & ſanctæ Mariæ, & quidquid de ornamentis in ea invenitur, item in *Weibeſtat* hubam & quidquid ad ipſam pertinet, ſimiliter in *Spirgowe* in *Huchilinheim* hubam j & ſeruum j cum omni poſſeſſione ſua, & in *Nuzloch* vineas jj, & in *Rohrbach* hubam j & vineam j, & in *Sicchenheim* hubam j & jj prata & mancipia xxvj &c. 30. Maj.

MMDXCI.

Donatio Bettonis.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Januarii, anno III Karoli regis, ego Betto, pro anima Gundwini, quod ipſe mihi tradidit dono ad ſanctum Nazarium &c. jx jurnales in ſupradicta marca & mancipium j &c. 18. Dec.

MMDXCII.

Donatio Wolbrechdi.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Maji, anno XXVII Karoli regis, ego Wolbrecht & Inga donamus ad ſanctum Nazarium &c. tertiam partem de j huba in ſupra dicta marca, & portionem meam de j manſo &c. 10. Maj.

Digitized by Google

MMDXCIII.
Donatio Wicbrandi.

Ego in Dei nomine Wicbrand dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales in pago *Elſenzgowe* in *Huchilinger* marca, & in *Cimbarheim* & in *Gemmincheim* j haſtuna ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XVI Ludowici imperatoris.

MMDXCIV.
Donatio Rutwini.

In Chriſti nomine, anno V Karoli regis, ego Ruduin dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in præfata marca & jj mancipia &c.

MMDXCV.
Donatio Ichonis.

Ego in Dei nomine Icho dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx .... in ſupradicta *Uchlinger* marca ſtipulatione ſub-
30. Jul. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III kalendas Auguſti, anno IX Ludowici imperatoris.

MMDXCVI.
Commutatio inter Rabertum abbatem & Helmgozum.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter Rantbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Helmgoz ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in *pago Crichgowe* in villa *Odenheim* manſum j, jurnales ɪjjj, prata vj, molendinum dimidium; e contra dedit prædictus vir in præfata *Uchlingheimer* marca manſum j, jurnales ɪjjj, prata x ſtipulatione ſubnixa.

Digitized by Google

nixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die idus Martii, anno ſecundo Ludowici imperatoris. 15. Mart.

MMDXCVII.

Donatio Engilberti.

Ego in Dei nomine Engilbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta *Huchlinheimer* marca, & in *Berincheimer* & in *Bughenſcelp* manſum dominicatum cum caſa & curia & ædificiis, & alium manſum ſervilem cum ædificiis, & CL jurnales, & j molendinum & mancipia x ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Julii, anno XVI Ludowici imperatoris. 17. Jun.

MMDXCVIII.

Commutatio inter Egilbertum abbatem & Reginwardum.

In Chriſti nomine complacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Reginwardum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus vir in ſupradicta marca *Huckhlinheim* manſum j & jurnalem j & pratum j; e contra dedit præfatus abba in eadem marca alium manſum & dimidium jurnalem, & pratum j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die nonas Maji, anno XXVI Ludowici regis. 7. Maj.

MMDXCIX.

Donatio Liudoldi.

Ego in Dei nomine Liudolt quidquid mihi tradidit Paul dono ad ſanctum Nazarium &c. L jurnales in ſupra dicta marca

 ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
18. Febr. XII kalendas Martii, anno XXIII Karoli regis.

MMDC.

Donatio Frideburgis.

Ego in Dei nomine Frideburc dono ad ſanctum Nazarium &c. jj agros in ſupradicta marca, & unum pratum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II ka-
31. Maj. lendas Junii, anno XII Karoli regis.

MMDCI.

Donatio Azzonis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Azzo pro remedio animæ meæ & conjugis meæ Sueneburgæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra in ſupradicta marca ſtipulatione ſubnixa. Ac-
21. Jan. tum in monaſterio Laurisham, die XII kalendas Februarii, anno IIII Karoli regis.

MMDCII.

Donatio Erlothi & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Erlolt & conjux mea Odelrat & filius meus Einolt donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta *Huchlinger* marca, & *Hileresbach* jjj manſos cum ædificio & quidquid ad ipſos pertinet, & v mancipia ſtipulatione ſub-
5. Aug. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die nonas Auguſti, anno XXX Karoli regis.

MMDCIII.

Digitized by Google

MMDCIII.
Donatio Gelwibis.

In Chriſti nomine, die III nonas Martii, anno XV Karoli regis, ego Geilwib Deo ſacrata dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca *Huchlinheim* & in *Gemmincheim* & *Masſchen* & *Mulnhuſen*, quidquid habere viſa ſum in manſis, pratis, ſilvis, domibus, ædificiis, mancipiis &c. 5. Mart.

MMDCIV.
Donatio Bilheidis.

Ego in Dei nomine Bilaheit pro remedio animæ meæ dono ad eccleſiam ſancti Michaelis archangeli, quæ conſtructa eſt in monte Albrinsberc in *pago Lobodunenſi*, ubi venerabilis Gerhardus abba præeſſe videtur, aream j in ſupradicta *Huchlinger* marca, & jurnales LXXXJJ & prata vjjj, mancipia v ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die XIIII kalendas Februarii, anno IIII Arnolfi regis. 19. Jan.

MMDCV.
Donatio Sunonis.

Ego in Dei nomine Suno dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca *Huchlingen* XL jurnales & j manſum & prata v ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die IIII kalendas Decembris, anno XXVI Karoli regis. 28. Nov.

MMDCVI.
Donatio Goteberti & Heilandi.

Nos in Dei nomine Gotebertus & Heilant donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca xx jurnales, ſtipula-

Digitized by Google

pulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV
17. Sept. kalendas Octobris, anno XXX Karoli regis.

MMDCVII.
Donatio Hiltwini.

Ego in Dei nomine Hiltwin dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca vjjj jurnales & j haſtunam ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
30. Jun. Laurisham, die II kalendas Julii, anno XII Ludowici imperatoris.

MMDCVIII.
Commutatio inter Egilbertum abbatem & Liutfridum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Liutfridum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur memoratus vir in ſupradicta marca jurnales v; e contra dedit prædictus abba in villa *Rien* v jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVI Ludowici regis.

MMDCIX.
Commutatio inter Samuelem epiſcopum & abbatem & Arnolfum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam nomine Arnolfum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur memoratus epiſcopus præfato viro in *Huclinheimer* marca aream j; e contra dedit præfatus vir in eadem marca jj jurnales & jj prata ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno V Ludowici regis.

MMDCX.

MMDCX.
Donatio Meginbrechti.

Ego in Dei nomine Meginbrecht & conjux mea Rihlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjj manſos in ſupradicta *Huchlinheimer* marca & in *Hilleſesbach* & LX jurnales & mancipia jjjj & quidquid habere viſi ſumus, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XIIII kalendas Januarii, anno XXXVIIII Karoli regis. 19. Dec.

MMDCXI.
Donatio Lotbergae.

Ego in Dei nomine Lotberga dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Elſenzgowe* in loco qui vocatur *Sewalden* quidquid ibidem habere videor ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Aprilis, anno XIII Karoli regis. 29. Mart.

MMDCXII.
Donatio Adalmanni.

Ego in Dei nomine Adalmannus dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Elſezgowe* in villa *Helriſenheim* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII idus Februarii, anno XII Karoli regis. 7. Febr.

MMDCXIII.
Donatio Bietae in villa Zuzanheim.

Ego in Dei nomine Bieta pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in ſupradicto pago in villa *Zuzanheim* perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.

Digitized by Google

nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Julii,
8. Jul. anno X Karoli regis.

MMDCXIV.

Donatio Reginhardi in villa Alantia.

27. Jul. In Chriſti nomine, die VI kalendas Auguſti, anno quinto Karoli regis, ego Reginhardus dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicto pago in villa *Alantia*, *Zimbren* & *Ubrachheim* & *Honaheim* & in *Hanſcusheim* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDCXV.

Donatio Heberoldi.

29. Apr. In Chriſti nomine, die III kalendas Maji, anno XVIII Karoli regis, ego Eberolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicto pago in villa *Buckenbraha* jj mancipia perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCXVI.

Donatio Helmberti.

31. Jan. In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Februarii, an. XXVI Karoli regis, ego Helmbertus pro remedio animæ genitoris mei Rigberti dono ad ſanctum Nazarium &c. in prædicto pago in villa *Bargen* hubam j perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCXVII.

Donatio Wigandi.

14. Jul. In Chriſti nomine, ſub die II idus Julii, anno quinto Karoli regis, ego Wigant & conjux mea Godeniu donamus ad ſanc-

ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicto pago in villa *Branfelde* quidquid habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCXVIII.

Donatio Egilradis.

In Chriſti nomine, ſub die XI kalendas Novembris, anno XXIIII Karoli regis, ego Egilrat Deo ſacrata dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupradicto in villa *Kyrihhart* manſum j & hubam, & quidquid ad ipſas pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & xx mancipia &c. 22. Oct.

MMDCXIX.

Donatio Geginradi.

Ego in Dei nomine Geginrat pro anima Willemari dono ad ſanctum Nazarium &c. j jurnalem in pago ſupradicto in villa *Berolfesheim*, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Julii, anno ſecundo Ludowici imperatoris. 26. Jun.

MMDCXX.

Donatio Helswindis in Franconheimer marca.

In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno XXVII Karoli regis, ego Helſuint pro remedio animæ meæ & Alpheri & Racholdi dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupra dicto in *Franconheimer* marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 11. Jun.

Digitized by Google

MMDCXXI.

Donatio Wighardi.

Ego in Dei nomine Wighart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in *Uhtritesheimer* marca hubam j indominicatam, & hubas ſerviles v & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & xjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die VI kalendas
24. Febr. Martii, anno XXV Ludowici imperatoris.

MMDCXXII.

Donatio Alamanni.

Ego in Dei nomine Adalmannus & frater meus Luidolſus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupradicto in villa *Holzheim* jjj hubas ſerviles & unam indominicatam, & ſilvam unam & quidquid ad præfatas hubas pertinere videtur in manſis, pratis, terris, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis donamus, tradimus, atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
8. Maj. naſterio Lauriſham, die VIII idus Maji, anno XII Karoli regis.

MMDCXXIII.

Donatio Udelae in villa Zuzenhuſen.

1. Sept. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Septembris, anno XV Karoli regis, ego Udela pro Dei intuitu, & pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto *pago Elſenzgowe* in villa *Zozenhuſen* manſum j, & in ipſo manſo molendinum unum, & in *Hanſcusheimes* marca dimidium jurnalem de terra aratoria a die præſenti dono, trado atque transfundo

Digitized by Google

fundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum proficiat in augmentis &c.

MMDCXXIV.
Donatio Liutfridi & Liutbrandi.

In Chriſti nomine, ſub die III idus Auguſti, anno V Karoli regis, ego Liutfridus & Liutbrandus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in villa *Ersheim* quidquid habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, terris, vineis, a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum &c. 11. Aug.

MMDCXXV.
Donatio Reginberti.

Ego in Dei nomine Reginbertus pro remedio animæ meæ & uxoris meæ Babanæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in *Bercheimer* marca xjj jurnales de terra aratoria a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII idus Junii, 7. Jun.
anno XXIIII Karoli regis.

MMDCXXVI.
Donatio Erneſtes.

Ego in Dei nomine Erneſt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in *Weibeſtater* marca, & in *Helmunſtat* quidquid proprietatis ibidem habere videor in terris, domibus, ædificiis, manſis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia jjjj, hæc omnia a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum

Digitized by Google

ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
8. Apr. VI idus Aprilis, anno XXXIII Ludowici regis.

MMDCXXVII.
Donatio Irminradis.

Ego in Dei nomine Irminrat pro animabus Meginheri & Hiltradæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in *Meckinesheimer* marca j biſangum a die præſenti dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die proficiat ad ipſum locum in augmentis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IX Ludowici imperatoris.

MMDCXXVIII.

Digitized by Google

MMDCXXVIII.
Donatio Berengeri in Achheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die V nonas Maji, anno XXI Karoli regis, ego Berenger pro remedio animæ noſtræ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago BRISGOWE in *Acheimer* marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, vineis, domibus, ædificiis, & ſervum j nomine Teutuinum cum omni poſſeſſione & progenie ſua &c. 3. Maj.

MMDCXXIX.
Donatio Godeberti.

In Chriſti nomine, ſub die XI kalendas Junii, anno II Karoli regis, ego Godebertus dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca & quidquid ad ipſum pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 22. Maj.

MMDCXXX.
Donatio Aldonis.

In Chriſti nomine, die IX kalendas Octobris, anno XI Karoli regis, ego Aldo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in *pago Brisgowe* in ***Handeberger*** marca, & quidquid ad ipſam pertinet &c. 23. Sept.

MMDCXXXI.

Digitized by Google

MMDCXXXI.

Donatio Aldonis.

1. Dec. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Decembris, anno XV Karoli regis, ego Aldo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales in ſupradicta marca &c.

MMDCXXXII.

Donatio Wolfridi.

Ego in Dei nomine Wolfridus pro remedio animæ meæ dono &c. ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam in ſupradicta marca cum caſa, & vineam j & Xjj jugera de terra aratoria, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
2. Apr. IIII nonas Aprilis, anno XIII Karoli regis.

MMDCXXXIII.

Donatio Helingeri.

Ego in Dei nomine Helinger dono ad ſanctum Nazarium &c. j curtim in *pago Brisgowe* in *Rezo* marca, & eccleſiam cum manſo, & in *Bettingen* hubam & jj mancipia cum infantibus ſuis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IX Karoli regis.

MMDCXXXIV.

Donatio Ratberti.

Ego in Dei nomine Ratbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Briſgowe* in *Scaltſtater* marca cum domibus & aliis ædificiis, & xxv jurnales de terra aratoria, & jurnales jj de vineis, & prata ad carradas xx, & jj mancipia ſtipu-

ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Auguſti, anno XXXIII Ludowici regis. 25. Jul.

MMDCXXXV.
Donatio Dudonis.

In Chriſti nomine, die idus Junii, anno XI Karoli regis, ego 13. Jun. Dudo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, excepta j vinea & prato &c.

MMDCXXXVI.
Donatio Adalberti.

In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Octobris, anno XXV 17. Sept. Karoli regis, ego Adelbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinet, id eſt, manſum j cum caſa, terris, campis, pratis, ſilvis, vineis, aquis &c.

MMDCXXXVII.
Donatio Rimheri.

Ego in Dei nomine Rimherus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in *Bihinheimer* marca, quidquid habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V idus Auguſti, anno 9. Aug. XVIII Karoli regis.

MMDCXXXVIII.

Donatio Ragduni.

In Chriſti nomine, die menſis Januarii, anno quinto Karoli regis, ego Ragdun dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca & *Stonſen* & *Richinbach*, hubas jj, & molendinum j, & vineas jjjj, & pratum j, & mancipia jx perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCXXXIX.

Donatio Hartberti.

Ego in Dei nomine, Hartbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca *Bihingen* quidquid proprietatis habere videor, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
16. Maj. Laurisham, die XVII kalendas Junii, anno XVI Ludowici regis.

MMDCXL.

Donatio Ichonis.

Ego in Dei nomine Icho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in *Maſſubach*, & hubam j in *Huſen*, & quidquid ad ipſam pertinet in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis, & in *Uchlinheim* vjj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die menſis Novembris, anno VI Karoli regis.

MMDCXLI.

Donatio Folcmundi.

1. Jul. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Julii, anno ſecundo Karoli regis, ego Folcmundus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere videor in præfata *Bihin-*

Digitized by Google

Bihinger marca in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDCXLII.

Donatio Hildefridi.

In Chriſti nomine, ego Hildefrid pro animæ meæ remedio dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. in ſupradicta marca quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, mancipiis, terra culta & inculta ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Junii, anno XXV Karoli regis. 17. Maj.

MMDCXLIII.

Donatio Rudmanni.

Ego in Dei nomine Rudmann pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Maji, anno XX Karoli regis. 15. Maj.

MMDCXLIV.

Donatio Hunfridi.

Ego in Dei nomine Hunfrid pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Decembris, anno XX Karoli regis. 13. Dec.

Xxx 2 MMDCXLV.

Digitized by Google

MMDCXLV.

Donatio Rothrami.

13. Jun. In Chriſti nomine, ſub die idus Junii, anno XXI Karoli regis, ego Rothram dono ad ſanctum Nazarium &c. xjj jurnales in ſupradicta marca, & unam vineam, & pratum j ad carradas xjj de feno &c.

MMDCXLVI.

Donatio Balthardi in praedicta marca.

Ego in Dei nomine Balthart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videor in manſis, pratis, campis, ſilvis, aquis, vineis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
15. Maj. ſterio Laurisham, die idus Maji, anno XX Karoli regis.

MMDCXLVII.

Donatio Totinae.

Ego in Dei nomine Totina pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die nonas Novem-
5. Nov. bris, anno VIII Ludowici regis.

MMDCXLVIII.

Donatio Spruthonis.

Ego in Dei nomine Sprutho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. XL jurnales in ſupradicta marca &c. ita, ut ab hac die ad ipſum locum proficiat in augmentis omni tem-

Digitized by Google

tempore, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die VI kalendas Junii, anno IX Karoli regis. 27. Maj.

MMDCXLIX.
Donatio Folchardi.

Ego in Dei nomine Folchardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in *Maginger* marca curtim unam cum caſa & terris, vineis, pratis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, mancipiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, anno XXVI Karoli regis.

MMDCL.
Donatio Folradi.

In Chriſti nomine, die menſis Octobris, anno XI Karoli regis, ego Folrat dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca quidquid habere viſus ſum in manſis, vineis, domibus, ædificiis, mancipiis &c.

MMDCLI.
Donatio Heimonis.

In Chriſti nomine, die XVI kalendas Julii, anno VIII Karoli regis, ego Heimo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 16. Jun.

MMDCLII.
Donatio Eckehardi.

Ego in Dei nomine Eckehardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in *Kenzinger*

marca quidquid habere viſus ſum in manſis, mancipiis, ſilvis, pratis, vineis, domibus, ædificiis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
18. Dec. Laurisham, die XV kalendas Januarii, anno quinto Karoli regis.

MMDCLIII.

Donatio Dietberti.

In Chriſti nomine, ſub die XVIII kalendas Junii, anno XVII Karoli regis, ego Dietpertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCLIV.

Donatio Eckehardi.

Ego in Dei nomine Eckehardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere viſus ſum in manſis, vineis, aquis, campis, ſilvis, pratis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
31. Jul. die II kalendas Auguſti, anno XXXIII Karoli regis.

MMDCLV.

Donatio Wachilonis.

Nos in Dei nomine Wachilo & Sigepoldus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in *Niwericheshuſer* marca caſam cum manſis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV
18. Maj. kalendas Junii, anno XXI Karoli regis.

MMDCLVI.

MMDCLVI.

Donatio Hadageri.

Ego in Dei nomine Hadager dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, quidquid habere videmur in manſis, vineis, pratis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, an. XXI Karoli regis.

MMDCLVII.

Donatio Wenilonis.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Junii, anno XXVI Karoli regis, ego Wenilo dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum unum cum caſa & ædificio ſuperpoſito, & quidquid ad ipſum pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 24. Maj.

MMDCLVIII.

Donatio Adelgardis.

In Chriſti nomine ego Adelgart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Brisgowe* villas jj *Witere* & *Padapere* cum omnibus appenditiis ſuis, addita & ipſius eccleſiæ parte, quæ me contingit cum mancipiis, domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, aquis, pratis, terra culta & inculta ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas Junii, anno XXI Karoli regis. 26. Maj.

MMDCLIX.

Digitized by Google

MMDCLIX.

Donatio Diatpaldi.

Ego in Dei nomine Ditpaldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in ſupradicta *Wilere* marca, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
1. Jan. ham, die kalendas Januarii, anno XIII Karoli regis.

MMDCLX.

Donatio Wamundi.

Ego in Dei nomine Warmund pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere viſus ſum in terris, domibus, ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
5. Nov. die nonas Novembris, anno VIII Ludowici regis.

MMDCLXI.

Donatio Rodleichi.

Ego in Dei nomine Rodleich pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, campis, aquis perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
17. Jun. naſterio Laurisham, die XVI kalendas Junii, anno IX Karoli regis.

MMDCLXII.

Donatio Rentwici.

Ego in Dei nomine Rentwic pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in *Zuzinger* marca, quidquid habere viſus ſum in manſis, vineis, & jj man-

Digitized by Google

mancipia cum omni poſſeſſione ſua, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXI Karoli regis.

MMDCLXIII.

Donatio Rantwici & Hildebaldi.

Nos in Dei nomine Rantwic & Hildebalt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & vjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIIII Karoli regis.

MMDCLXIV.

Donatio Gerboldi & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Gerboldus & conjux mea Hiltediu donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Brisgowe* in *Giſenwilre* marca, quidquid ibidem habere viſi ſumus, id eſt, curtim unam cum domibus, ædificiis, terris, pratis, vineis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno X Karoli regis.

MMDCLXV.

Donatio Iſenbarti & Baltſuindis.

Nos in Dei nomine Iſenbart & Baltſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſi ſumus, id eſt, curtim j cum domibus, ædificiis, terris, pratis, vineis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XII Karoli regis.

Digitized by Google

MMDCLXVI.

Donatio Buchonis.

Ego in Dei nomine Buho dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta *Giſenwilre* marca, & in *Bihingen*, & in *Eburingen* & *Stoufen*, & *Hochtorph*, & *Bockheim*, & *Hartheim*, & *Reuden*, quidquid in his locis habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis, domibus, ædificiis & manſis, & mancipia xxx ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno V Karoli regis.

MMDCLXVII.

Donatio Ditbardi.

12. Sept. In Chriſti nomine, die II idus Septembris, anno XXII Karoli regis, ego Ditbaldus dono ad ſanctum Nazarium, in *pago Briſgowe* in villa *Cantara* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, aquis &c.

MMDCLXVIII.

Donatio Richberti.

Ego in Dei nomine Richbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta villa quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XII
18. Febr. kalendas Martii, anno X Karoli regis.

MMDCLXIX.

Donatio Dipoldi.

Ego in Dei nomine Dipoldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere

Digitized by Google

bere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Auguſti, anno XVIII Karoli regis. 2. Aug.

MMDCLXX.

Commutatio inter Babones in Buochheimer marca.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Babonem abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & venerabilem Egilbertum abbatem de monaſterio *Offoniswilare* ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur prædictus Engilbertus abba in *pago Briſegowe* in *Buocheimer* marca manſum j cum ædificiis, pratis & campis, & ſilvam j; e contra accepit in eodem pago in villa *Pezzinga* j manſum cum ædificiis, campis, pratis & omnibus adjacentiis ſuis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Ludowici regis.

MMDCLXXI.

Donatio Rutgeri in ſupradicta Bucheimer marca.

In Chriſti nomine, die III kalendas Julii, anno II Karoli regis, ego Ruther dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta *Bucheimer* marca habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, domibus, ædificiis &c. 29. Jun.

MMDCLXXII.

Donatio Rutheri in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die II kalendas Junii, anno XXXIIII Karoli regis, ego Ruther dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum, exceptis xjj jurnalibus & j molendino & prato &c. 31. Maj.

Digitized by Google

MMDCLXXIII.

Donatio Guntheri in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Guntherus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca, cum caſa deſuper & omni ædificio ſuperpoſito, & jurnalem j de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Junii, anno IIII Karoli regis. 29. Maj.

MMDCLXXIV.

Donatio Muniſuindis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Muniſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſa ſum in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III nonas Auguſti, anno IIII Karoli regis. 3. Aug.

MMDCLXXV.

Donatio Frideberti in ſupradicta marca.

23. Maj. In Chriſti nomine, die X kalendas Junii, anno VII Karoli regis, ego Fridebertus & conjux mea Imma pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, mancipiis &c.

MMDCLXXVI.

Donatio Gunzionis in ſupradicta marca.

1. Sept. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Septembris, anno primo Karoli regis, ego Gunzio & conjux mea Agna donamus ad ſanc-

ſanctum Nazarium &c. eccleſiam j in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinet &c.

MMDCLXXVII.

Donatio Richbaldi in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Januarii, anno ſecundo Karoli regis, ego Richbaldus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in manſis, pratis, vineis, aquis &c. 24. Dec.

MMDCLXXVIII.

Donatio Ruperti in Brizzineheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno V Karoli regis, ego Rutpertus & filii mei Hartolfus & Reginardus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in *Brizzincheimer* marca, & in *Eckenheim*, quidquid habere videor in manſis, pratis, vineis, domibus, ædificiis &c. 12. Jun.

MMDCLXXIX.

Donatio Lantſuindis in ſupradicta marca, & in Cancer marca.

In Chriſti nomine, die nonas Decembris, anno VIIII Karoli regis, ego Lantſuint & filii mei Richbertus & Zenzo donamus ad ſanctum Nazarium &c. vineam j in ſupradicta marca, & in *Cancer* marca j pratum & jjj jurnales de terra aratoria &c. 5. Dec.

Digitized by Google

MMDCLXXX.

Donatio Reginhardi in praefata Brizzencheimer marca.

Ego in Dei nomine Reginhardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in præfato *Brizzenheimer* marca habere videor in manſis, pratis, vineis, ſilvis, aquis, campis, domibus, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum
30. Jun. in monaſterio Laurisham, die II kalendas Julii, anno XXXIII Karoli regis.

MMDCLXXXI.

Donatio Ratberti in villa Holzolfeshuſen.

Ego in Dei nomine Ratbertus dono ad ſanctum Nazarium martyrem &c. v jugera in *pago Briſcowe* in villa *Holzolveshuſen*, & pomarium j & prata vjjj & ſilvam, a die præſenti dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III
3. Dec. nonas Decembris, anno VIIII Karoli regis.

MMDCLXXXII.

Donatio Reginheri in Rimigisger marca.

Ego in Dei nomine Reginherus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in *Rimigisger* marca mancipia xxx & manſum indominicatum cum omni ædificio ſuperpoſito, & hubam j indominicatam & vj ſerviles ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X
22. Nov. kalendas Decembris, anno VI Ludowici regis.

MMDCLXXXIII.

Digitized by Google

MMDCLXXXIII.

Donatio Rentwici in Hentersheimer marca.

In Chriſti nomine, die XVII kalendas Auguſti, anno XVII Karoli regis, ego Rentwich & conjux mea Blicgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupradicto in *Hentersheimer* marca quidquid habere videmur in manſis, vineis, mancipiis &c. 16. Jul.

MMDCLXXXIV.

Donatio Erkenboldi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Erkenbolt & conjux mea Aranhilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videmur in manſis, pratis, vineis, aquis, ſilvis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Februarii, anno XXVII Karoli regis. 12. Febr.

MMDCLXXXV.

Donatio Eckehardi in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die III idus Octobris, anno XXXIV Karoli regis, ego Eckehardus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca, & hubas jj, & vineas jj, & mancipia vjj, & prata & quidquid habere viſus ſum &c. 13. Oct.

MMDCLXXXVI.

Donatio Eckehardi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Eckehardus presbyter dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in terris cultis & incultis, domibus, ædificiis, vineis, mancipiis, pratis, ſilvis, aquis ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-

Digitized by Google

6. Febr. monaſterio Laurisham, die VIII idus Februarii, anno V Ludowici regis.

MMDCLXXXVII.

Donatio Gumberti in ſupradicta marca.

9. Nov. In Chriſti nomine, die V idus Novembris, anno X Karoli regis, ego Cunibertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jx caſas in ſupradicta marca, & quidquid habere viſus ſum in manſis, vineis, pratis, campis, ſilvis, aquis, terra culta & inculta &c.

MMDCLXXXVIII.

Donatio Starafridi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Starafrid & filius meus Egilbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjjj... in ſupradicta marca, cum terris, pratis, vineis, & mancipia vj & quidquid in eadem marca habere viſi ſumus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die XIX kalendas Junii, anno IX Karoli regis.

MMDCLXXXIX.

Donatio Gunſuindis in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, anno primo Ludowici regis, ego Gunſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupra dicta marca, & quidquid ad ipſum pertinere videtur in manſis, vineis, pratis, campis, ſilvis, aquis, & jurnales jj &c.

MMDCXC.

Digitized by Google

MMDCXC.

Donatio Reginbodonis in Buchinger marca.

In Chriſti nomine, die XV kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Reginbodo dono ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in præfato *pago Briſgowe* in *Buchinger* marca & quidquid ad ipſum pertinere videtur in manſis, pratis, vineis &c. 17. Jun.

MMDCXCI.

Donatio Wolfcrimi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Wolfcrim dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca curtim cum domibus, ædificiis, vineis, pratis, ſilvis, aquis, terra culta & inculta perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in villa *Heitresheim*, die XV kalendas Februarii, anno VI Ludowici regis junioris. 18. Jan.

MMDCXCII.

Donatio Rentwici in Zuzinger marca.

Ego in Dei nomine Rentwich pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in *Zuzinger* marca, & in *Wilare* quidquid habere videor in manſis, vineis, & vjjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II kalendas Februarii, anno XXXII Karoli regis. 31. Jan.

MMDCXCIII.

Donatio Ruthardi in villa Sevelden.

Ego in Dei nomine Ruthardus dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam unam in pago Brisgowe in villa *Sevelden* &c. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Aprilis, anno VI Ludowici imperatoris. 10. Apr.

MMDCXCIV.

Donatio Lantperti in villa Rinidela.

Ego in Dei nomine Lantpertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in villa *Rinidela* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, mancipiis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
23. Febr. risham, die VII kalendas Martii, anno VI Karoli regis.

MMDCXCV.

Donatio Erkenberti in villa Kenzinga.

Ego in Dei nomine Erkenbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in villa *Kenzinga* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, mancipiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
26. Nov. risham, die VI kalendas Decembris, anno decimo Karoli regis.

MMDCXCVI.

Donatio Dithleici in villa Mulinheim.

Ego in Dei nomine Ditleich & uxor mea Wolfgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſcgowe* in villa *Mulinheim* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis, domibus, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVII Karoli regis.

MMDCXCVII.

Donatio Willimari & Suarzolfi in villa Tottinchowa.

Nos in Dei nomine Willimar & Suarzolf & Lantrich donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in villa *Tottinchova* curtim cum domibus & ædificiis, & quidquid ad ipſam

Digitized by Google

ipſam pertinet in manſis, vineis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Februarii, anno XIII Ludowici regis. 13. Febr.

MMDCXCVIII.

Donatio Hildegundis in villa Regigula.

Ego in Dei nomine Hildegunt dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicto pago in villa *Reigula* quidquid habere videor in manſis, vineis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, pratis, ſilvis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III idus Julii, anno XIII Karoli regis. 13. Jul.

MMDCXCIX.

Donatio Waltarii in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Waltharius pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum pratum in ſupradicta marca & j jurnalem de terra aratoria, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die XIX kalendas Junii, anno ſecundo Karoli regis.

MMDCC.

Donatio Heibonis in villa Burcheim.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Julii, anno X Karoli regis, ego Heibo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſgowe* in villa *Burcheim* quidquid habere viſus ſum in manſis, pratis, vineis &c. 24. Jun.

Digitized by Google

MMDCCI.

Donatio Baduchoni in Staufen, Giſenwilere & in Biwingen.

Ego in Dei nomine Baducho dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicto pago in villa *Staufen* curtim j & caſam in ea, & in *Giſenwilere* hubam j & jj mancipia in ea cum omni poſſeſſione ſua, & in *Buwingen* hubam j & vineas jj & jurnales xxjjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
16. Apr. die XVI kalendas Maji, anno II Karoli regis.

MMDCCII.

Donatio Bertfridi in Baldrathinga & in Sulzbergeheim.

Ego in Dei nomine Bertfrit presbiter & Advocatus meus Wicram donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in villa *Baldrathinga* manſum j cum ædificio ſuperpoſito, & jurnales xxxjjj & j vineam, & in *Sulzibergeheim* jj prata & vineam j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
24. Febr. Laurisham, die VI kalendas Martii, anno VII Ludowici regis.

MMDCCIII.

Donatio Eberwini & Irimberti in villa Selidon.

Nos in Dei nomine Eburwin & Irmbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in præſato pago in villa *Selidon*, & quidquid ad ipſas pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVII Ludowici regis.

MMDCCIV.

Digitized by Google

MMDCCIV.
Donatio Odelradi in Beckingen.

Ego in Dei nomine Odelradus & mater mea Rothlint donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in *Beckingen*, & v mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXI Karoli regis.

MMDCCV.
Donatio Wicheri in villa Hartheim.

Ego in Dei nomine Wicher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupradicto in villa *Hartheim* vj jurnales de terra aratoria, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IX kalendas Maji, anno XXVIII Karoli regis. 23. Apr.

MMDCCVI.
Donatio Ruthleici in villa Litaber.

Ego in Dei nomine Ruthleich dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Briſegowe* in villa *Litaber* quidquid habere viſus ſum in manſis, vineis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kal. Maji, anno VI Karoli regis. 24. Apr.

MMDCCVII.
Donatio Reinberti.

In Chriſti nomine, die nonas Decembris, anno VII Karoli regis, ego Reginbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago dicto in *Villaner* marca quidquid habere videor in manſis, vineis, mancipiis, domibus, ædificiis, & baſilicam in eadem marca &c. 5. Dec.

MMDCCVIII.
Donatio Odilradi.

11. Jul. In Chriſti nomine, die V idus Julii, anno primo Karoli regis, ego Odilrath dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *Betzinger* marca habere videor in manſis, vineis, domibus, ædificiis, & jjj mancipia &c.

MMDCCIX.
Donatio Rathberti.

Ego in Dei nomine Rathbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicto pago in villa *Uſhuſa*, vineamque ad carradas vj & mancipia vjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV
15. Febr. kalendas Martii, anno XXXIII Ludowici regis.

MMDCCX.
Donatio Unniti.

1. Maj. In Chriſti nomine, die kalendas Maji, anno VI Karoli regis, ego Unnit dono pro remedio animæ meæ ad ſanctum Nazarium &c. in pago ſupradicto in villa *Enningen* quidquid habere videor in manſis, pratis, vineis, domibus, ædificiis, mancipiis, ſilvis, aquis, excepta j huba &c.

MMDCCXI.
Donatio Teutrami.

8. Nov. In Chriſti nomine, die VI idus Novembris, anno IX Karoli regis, ego Teuthram dono ad ſanctum Nazarium &c. jj jurnales in præfato *pago Brisgowe* in villa *Bitehuſen*, & quidquid ibidem habere videor in manſis, pratis, vineis, aquis, domibus, ædificiis &c. MMDCCXII.

Digitized by Google

MMDCCXII.
Donatio Manduni.

Ego in Dei nomine Mandun & filius meus Erkenbolt donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in pago *Gardachgowe* in *Bellinger* marca cum omni ædificio ſuperpoſito ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Junii, anno XXIX Karoli regis. 29. Maj.

MMDCCXIII.
Donatio Richardi.

In Chriſti nomine, die VI idus Julii, anno XIII Karoli regis, 10. Jul. ego Richart dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim unam in ſupradicta marca & quidquid habere videor in manſis, vineis, terra culta & inculta, pratis, ſilvis aquis &c.

MMDCCXIV.
Donatio Dudonis.

In Chriſti nomine, die kalendas Auguſti, anno I Karoli regis, ego Dudo pro remedio animæ Berchttradæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum & jurnales xjj de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Aug.

MMDCCXV.
Donatio Hunberti.

In Chriſti nomine, die VII kalendas Novembris, anno IX Karoli regis, ego Hunbertus & Hildisnot donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in manſis, vineis, pratis, domibus, ædificiis, & mancipia xjjj &c. 26. Oct.

MMDCCXVI.

Digitized by Google

MMDCCXVI.
Donatio Egilberti.

Ego in Dei nomine Engilbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Gardachgowe* in villa *Slutra*, & pomarium j & jx jurnales, & quidquid ad ipſos manſos pertinere videtur, ſtipulatione ſubnixa. Actum
24. Maj. in monaſterio Laurisham, die IX kalendas Junii, anno XX Ludowici regis.

MMDCCXVII.
Donatio Ruperti.

Ego in Dei nomine Rupertus & conjux Waldrat donamus pro remediis animarum noſtrarum ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca &c. Actum in monaſterio
20. Apr. Laurisham, die XII kalendas Maji, anno XVI Ludowici imperatoris.

MMDCCXVIII.
Donatio Gauzmundi in Iſernesheimer marca.

22. Maj. In Chriſti nomine, die XI kalendas Junii, anno XVIII Karoli regis, ego Gauzmunt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. campum j in *pago Gardachgowe* in *Iſernisheimer* marca &c.

MMDCCXIX.
Commutatio inter Helmericum abbatem & Herradem.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Helmericum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & matronam quandam Herrad nomine, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfata matrona in prædicta marca manſum unum, cum ædificio ſuperpoſito; e contra dedit præfatus abba alium manſum

ſum in *Offenheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Junii, anno XIIII Karoli regis. 2. Jun.

MMDCCXX.

Commutatio inter Hattonem archiepiſcopum & abbatem, & Lintfridum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Hattonem archiepiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & inter comitem quendam nomine Luitfridum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba quidquid in præfata *Iſinisheimer* marca habere viſus eſt, & in *Bellingen* & *Lieneingen*; e contra dedit præfatus comes in *pago Renenſi* in villa *Gernersheim* eccleſiam j cum decimatione, & quidquid ad eam pertinet, & quidquid in *Waſunbiſloz* habuit, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die XII kalendas Decembris, anno VIIII Ludowici regis. 21. Nov.

MMDCCXXI.

Donatio Eberwini.

In Dei nomine, die VI kalendas Junii, anno XV Pippini regis, ego Eberwin dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj... in præfata *Iſinheimer* marca &c. 27. Maj.

MMDCCXXII.

Donatio Werinheri & Helmberti.

Nos in Dei nomine Wernherus & Helmbertus, die IIII kalendas Auguſti, anno IIII Karoli regis, donamus ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in præfata marca &c. 28. Jul.

Digitized by Google

MMDCCXXIII.

Donatio Immae.

17. Oct. In Chriſti nomine, die XVI kalendas Novembris, anno XXIII Karoli regis, ego Imma pro remedio animæ Eberwini dono ad ſanctum Nazarium &c. in præfata marca j manſum & jurnalem j &c.

MMDCCXXIV.

Donatio Theodoldi.

27. Jun. In Chriſti nomine, die V kalendas Julii, anno XIII Pippini regis, ego Theodoldus dono ad ſanctum Nazarium &c. j pratum in præfata marca &c.

MMDCCXXV.

Donatio Herigauzi.

Ego in Dei nomine Herigauz pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupra dicta marca habere videor in manſis, vineis, campis, pratis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas
23. Febr. Martii, anno VII Karoli regis.

MMDCCXXVI.

Donatio Hucberti & Dudae.

28. Jun. In Dei nomine, die IIII kalendas Julii, anno XI Karoli regis, ego Hucbertus & conjux mea Duda pro remediis animarum Noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in præfata marca habere videmur in manſis, vineis, pratis, domibus, ædificiis, terra culta & inculta, & v mancipia cum progenie ſua &c.

MMDCCXXVII.

Digitized by Google

MMDCCXXVII.
Donatio Herradis.

In Chriſti nomine, die kalendas Novembris, anno XV Karoli regis, ego Herrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca manſum j & quidquid ad ipſum pertinere videtur &c. 1. Nov.

MMDCCXXVIII.
Donatio Brunichonis.

In Chriſti nomine, die XI kalendas Februarii, anno XXV Karoli regis, ego Brunicho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj hubas in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſas pertinet in manſis, vineis, pratis, & mancipia xjjjj &c. 24. Jan.

MMDCCXXIX.
Donatio Sigehardi.

Ego in Dei nomine Sigehart pro remedio animæ Stahalhardi dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca, & hubam & mancipium j perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II nonas Junii, anno XXIX Karoli regis. 4. Jun.

MMDCCXXX.
Commutatio inter Gundelandum abbatem & Richbertum.

In Chriſti nomine conplacuit inter venerabilem Gundelandum abbatem monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam nomine Richbertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in prædicta *Iſinheimer* marca j manſum; e contra dedit præfatus vir in eadem marca j pratum &c.

Digitized by Google

MMDCCXXXI.

Commutatio inter Samuelem abbatem & Emichonem.

Item conplacuit inter venerabilem Samuelem abbatem monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam Emichonem, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in præfata marca aream j; e contra dedit prædictus vir in eadem marca jurnales jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
6. Mart. Laurisham, die II nonas Martii, anno XV Ludowici regis.

MMDCCXXXII.

Donatio Beringeri & conjugis ſuae.

Ego in Dei nomine Beringer & conjux mea Bertſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj hubas & quidquid ad ipſas pertinere videtur cum ædificiis, & prata ad carradas xjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
1. Febr. ſterio Laurisham, die kalendas Februarii, anno IIII Ludowici regis.

MMDCCXXXIII.

Donatio Paulonis.

30. Maj. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Junii, anno IIII Karoli regis, ego Paulo pro remedio animæ Eckehardi dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jjj jurnales de terra aratoria &c.

MMDCCXXXIV.

Donatio Blikeri.

Ego in Dei nomine Blicker pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca, & prata, donatumque in perpetuum eſſe volo &c. in ſupradicta marca

marca unum manſum & jj jurnales de terra aratoria, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Octobris, anno III Karoli regis. 15. Sept.

MMDCCXXXV.

Donatio Willehardi.

Ego in Dei nomine Willehart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca unum manſum & jj jurnales de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V idus Octobris, anno XXXIII Karoli regis. 11. Oct.

MMDCCXXXVI.

Donatio Adelradi & conjugis ejus.

In Dei nomine, die II idus Junii, anno III Karoli regis, ego Adelrat & conjux mea Adelgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca quidquid habere videmur in manſis, vineis, pratis &c. 12. Jun.

MMDCCXXXVII.

Donatio Adelberti & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Adelbertus & conjux mea Gliſmut donamus ad ſanctum Nazarium &c. j pratum in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XII Karoli regis, die II idus Aprilis. 12. Apr.

MMDCCXXXVIII.
Donatio Steinhardi.

Ego in Dei nomine Stainhart dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca unum jurnalem de terra aratoria & j pratum, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa.
10. Maj. Actum in monaſterio Laurisham, die VI idus Maji, anno XVI Pippini regis.

MMDCCXXXIX.
Donatio Waldonis.

Ego in Dei nomine Waldo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI
26. Apr. kalendas Maji, anno XVI Pippini regis.

MMDCCXL.
Donatio Gutheri & Witheri.

Nos in Dei nomine Guther & Wither pro anima Giſlardi donamus ad ſanctum Nazarium &c. j hubam in ſupradicta marca & quidquid ad eam pertinere videtur, ſtipulatione ſub-
22. Dec. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XI kalendas Januarii, anno XXXII Karoli regis.

MMDCCXLI.
Donatio Herradis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Herrat pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die ka-
1. Nov. lendas Novembris, anno II Karoli regis.

MMDCCXLII.

Digitized by Google

MMDCCXLII.

Donatio Hildeberti & conjugis ejus.

In Chriſti nomine, die VII idus Auguſti, anno I Ludowici imperatoris, ego Hildebertus & conjux mea Wieltrud donamus ad ſanctum Nazarium &c. v manſos in *pago Gardachgowe* in villa *Helmeſtat* & jjj hubas, & mancipia xjjjj & quidquid in eadem villa habere viſi ſumus &c. 7. Aug.

MMDCCXLIII.

Donatio Waltrudis.

Ego in Dei nomine Waltrud pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Gardachgowe* in villa *Crugenbach* vjjj jurnales de terra aratoria ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, die kalendas Martii, an. XIIII Karoli regis. 1. Mart.

MMDCCXLIV.

Donatio Rihhardi & Udonis.

Nos in Dei nomine Rihhart & Uto pro remedio animæ Geberati donamus ad ſanctum Nazarium &c. in præfato pago in loco *Utenhuſa* jj manſos, & in villa *Biberaha* jurnales xLvjj, & quidquid præfatus Geberat habuit ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Aprilis, anno XIIII Ludowici imperatoris. 1. Apr.

MMDCCXLV.

Donatio Noringi.

Ego in Dei nomine Norinc & germanus meus Norlinc donamus ad ſanctum Nazarium &c. in præfata villa *Biberaha*

vjj

vjj jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
29. Maj. ſterio Laurisham, die IIII kalendas Junii, anno IIII Karoli regis.

MMDCCXLVI.

Donatio Bertfridi.

Ego in Dei nomine Bertfrit pro remedio animæ Gerberti dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicto pago in *Beckinger* marca xjj jurnales de terra & manſum dimidium, & prata jjjj & j ſervum ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
31. Oct. ſterio Laurisham, die II kalendas Novembris, anno XXXIII Karoli regis.

MMDCCXLVII.

Donatio Anthugi.

21. Apr. In Chriſti nomine, die XI kalendas Maji, anno XXI Karoli regis, ego Anthugi pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCXLVIII.

Donatio Witroci & conjugis ejus.

25. Jul. In Chriſti nomine, die VIII kalendas Auguſti, anno XV Pippini regis, ego Witroz & conjux mea Cremhilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in præfata villa *Beckingen*, & *Francunbach*, & *Slutra*, & *Biberaha* habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDCCXLIX.

Digitized by Google

MMDCCXLIX.

Commutatio inter Samuelem epiſcopum & abbatem, & Udonem.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Nazarii & virum quendam nomine Udo, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus epiſcopus in præfata villa *Beckingen* partem j areæ; e contra dedit præfatus vir in eadem villa jurnales jjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Januarii, anno quinto Ludowici regis. 6. Jan.

MMDCCL.

Donatio Friderici.

In Chriſti nomine, die V kalendas Julii, anno XVI Pippini regis, ego Fridericus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta villa unum pratum &c. 27. Jun.

MMDCCLI.

Donatio Widegowonis.

Ego in Dei nomine Widegowo & ſoror mea Reginburc donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Gardachgowe* in villa *Francunbach* j hubam indominicatam cum manſo, & jjj hubas ſerviles cum totidem manſis, & mancipia xx cum omni poſſeſſione eorum, & quidquid proprietatis habuimus ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVIIII Karoli regis.

MMDCCLII.
Donatio Fridegeri.

21. Oct. In Chriſti nomine, die XII kalendas Novembris, anno XXIIII Karoli regis, ego Frideger dono ad ſanctum Nazarium &c. in præfata villa j manſum, & in *Gardaha* hubam j & quidquid ad ipſam pertinet &c.

MMDCCLIII.
Donatio Milo & Wiſingi.

Nos in Dei nomine Milo & Wiſſingus donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum j & pratum. Actum in monaſterio Laurisham, anno VI Karoli regis.

MMDCCLIV.
Donatio Libwardi & Ratheri.

Nos in Dei nomine Libwart & Rather donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Gardachgowe* in villa *Suegerheim* quartam partem unius manſi & pomarium ſ ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, die kalendas
1. Maj. Maji, anno V Ludowici imperatoris.

MMDCCLV.
Donatio Wolfberti.

Ego in Dei nomine Wolfbertus, pro remedio animæ germani mei Hasberti, dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum
8. Oct. in monaſterio Laurisham, die VIII idus Octobris, anno XVIIII Karoli regis.

MMDCCLVI.

MMDCCLVI.
Donatio Theutrici.

In Chriſti nomine, die IIII kalendas Januarii, anno VII Karoli regis, ego Teutrich & Meginhart donamus ad ſanctum Nazarium &c. dimidiam hubam in ſupradicta villa, & xjj jurnales de terra aratoria &c. 29. Dec.

MMDCCLVII.
Donatio Dudonis.

In Chriſti nomine, die kalendas Auguſti, anno XV Pippini regis, ego Dudo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vjjj jurnales de terra in ſupradicta marca, & unum pratum &c. 1. Aug.

MMDCCLVIII.
Donatio Diſae.

In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Julii, anno XIIII Pippini regis, ego Diſa pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. xjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca & ſilvam j &c. 28. Jun.

MMDCCLIX.
Donatio Berenwingis.

Ego in Dei nomine Berenuing pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca dimidiam hubam & quidquid ad ipſam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas Julii, anno 25. Jun.
ſecundo Karoli regis.

MMDCCLX.

Donatio Herewini.

2. Apr. In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Aprilis, anno XIIII Pippini regis, ego Herewin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj ſortes in ſupradicta marca *Surgerheim* & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCCLXI.

Donatio Berengeri.

11. Jun. In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno XXIIII Karoli regis, ego Berenger pro remedio animæ genitoris mei Theodrici dono ad ſanctum Nazarium &c. xx jurnales de terra aratoria in ſupra dicta marca &c.

MMDCCLXII.

Donatio Hartungi.

16. Jun. In Chriſti nomine, ſub die XVI kalendas Julii, anno XXXI Karoli regis, ego Hartungus & conjux mea Huda donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca, & in *Frankenbach*, & in *Gurilfesheim* habere videmur in manſis, pratis, domibus, ædificiis, aquis, vineis & mancipiis, a die præſenti donamus, tradimus atque transfundimus &c.

MMDCCLXIII.

Donatio Meginhardi.

7. Maj. In Chriſti nomine, die nonas Maji, anno ſecundo Karoli regis, ego Meginhardus pro remedio animæ germani mei Bern-

Bernhardi dono ad ſanctum Nazarium &c. v jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCLXIV.

Donatio Snelfolgis.

Ego in Dei nomine Snelfolg & fratres mei Erkenfrit & Rantbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c. vj manſos in ſupra dicta marca cum totidem hubis, & quidquid ad ipſos pertinet in manſis, pratis, domibus, ædificiis, vineis, ſilvis, aquis, & mancipia xxxjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, ſub die idus Aprilis, anno XXXVII Karoli regis. 13. Apr.

MMDCCLXV.

. . . . . .

Anno XV Pippini regis, die kalendas Junii, ego Theodricus dono ad ſanctum Nazarium &c. x jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 1. Jun.

MMDCCLXVI.

Donatio Brunichonis in praeſcripta marca.

Ego in Dei nomine Brunicho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca *Suegerheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Novembris, anno XII Ludowici regis. 10. Nov.

MMDCCLXVII.

Commutatio inter Samuelem & Snellen.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum abbatemque monaſterii ſancti Na-

Digitized by Google

zarii & virum quendam nomine Snel, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus epiſcopus in ſupradicta marca aream j; e contra dedit prædictus vir in eadem marca de terra arabili v jurnales, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VII idus Februarii, anno octavo Ludowici regis.
7. Febr.

MMDCCLXVIII.

Donatio Anamudis & Tiurae.

Nos in Dei nomine Anamut & Tiura pro remediis animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca xx jurnales de terra ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die kalendas Julii, anno XXX glorioſi Karoli imperatoris.
1. Jul.

MMDCCLXIX.

Donatio Ottonis.

Ego in Dei nomine Otto pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca jj jurnales ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Maji, anno quinto Ludowici imperatoris.
1. Maj.

MMDCCLXX.

Donatio Huodae & filiae ſuae.

29. Dec. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Januarii, anno XVI Pippini regis, ego Huoda & filia mea Roſanna donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca x jurnales &c.

MMDCCLXXI.

MMDCCLXXI.
Donatio Aribaldi & Anſnothi.

In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Decembris, anno XVI Pippini regis, ego Aribaldus & Anſnoth pro remediis animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales in ſupra dicta marca & quidquid ibidem habemus &c. 27. Nov.

MMDCCLXXII.
Donatio Liwichonis.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Junii, anno XX Karoli imperatoris, ego Liwicho pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Gardachgowe* in villa *Gardacha* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, vineis, aquis &c. 23. Maj.

MMDCCLXXIII.
Donatio Hereberti.

Ego in Dei nomine Herenbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales de terra in ſupradicta marca, & unum manſum & unum pratum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurishamenſi, die IX kalendas Januarii, anno XIII Karoli regis. 24. Dec.

MMDCCLXXIV.
Donatio Urolfi.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Decembris, anno XV Pippini regis, ego Urolf & Maſſim donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca jjjj jurnales & j mancipium &c. 22. Nov.

MMDCCLXXV.

MMDCCLXXV.

Commutatio inter Waltarium abbatem, & Engilbertum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Waltharium abbatem ſancti Nazarii in Laurisham, & virum quendam nomine Egilbertum, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præſatus abba prædicto viro in ſupradicta marca manſum j & jurnales v; e contra dedit prædictus vir vjjj jurnales in eadem marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno IIII Ludowici regis.

MMDCCLXXVI.

Donatio Ratbodonis.

7. Febr. In Chriſti nomine, ſub die VII idus Februarii, anno XII Karoli regis, ego Ratbodo dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, monlendinis, excepto uno manſo &c.

MMDCCLXXVII.

Donatio Frindini.

Ego in Dei nomine Frint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupra dicta marca xxxjjjj jurnales & j manſum & pratum ſtipulatione ſubnixa. Actum in
1. Mart. monaſterio Laurisham, die kalendas Martii, anno primo Karoli regis.

MMDCCLXXVIII.

Donatio Stalhardi in prædicta marca.

19. Oct. In Chriſti nomine, die XIIII kalendas Novembris, anno X Karoli regis, ego Stalhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca *Gardaha* manſum j & LX jurnales de terra, & v mancipia &c.

MMDCCLXXIX.

MMDCCLXXIX.

Donatio Giſelhardi.

In Chriſti nomine, die VII kalendas Julii, anno XXIII Karoli regis, ego Giſelhart & conjux mea Arila, pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videmur, & in *Iſenheim* & in *Sulmanerheim* in manſis, pratis, ædificiis, & xjj mancipia, & in *Iſensheim* manſum cum ædificio &c. 25. Jun.

MMDCCLXXX.

Donatio Bruningi.

Ego in Dei nomine Bruninc pro remedio animæ Hirminhildæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj jurnales in ſupradicta marca *Gardaha* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXX Karoli regis.

MMDCCLXXXI.

Donatio Rinlachi.

In Chriſti nomine, ſub die III nonas Junii, anno IIII Karoli regis, ego Rinlach dono ad ſanctum Nazarium &c. curtim j in ſupra dicta marca & x jurnales &c. 3. Jun.

MMDCCLXXXII.

Donatio Engilberti.

Ego in Dei nomine Engilbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in ſupradicta marca, & LX jurnales de terra aratoria, & pratum unum ad v carradas cum paſcuis, ſilvis, aquis, & jjjj mancipia cum omni pos-

poſſeſſione eorum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
17. Dec. Laurisham, die XVI kalendas Januarii, anno IIII Karoli regis.

MMDCCLXXXIII.
Donatio Bernheri.

Ego in Dei nomine Bernher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. aream j in ſupradicta marca in loco qui dicitur *Widegavenhuſa*, & de terra arabili jurnales cxx, & mancipia v, & quidquid ad prædictas res pertinere videtur in terris, domibus, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII idus Martii, anno III Ludowici regis.
9. Mart.

MMDCCLXXXIV.
Donatio Haregeri & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Harger & conjux mea Wicgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca cum curti & ædificio ſuperpoſito, & pomarium j, & de terra arabili jurnales LXXXjjj, & pratum unum ſtipulatione ſubnixa.
24. Jul. Actum in monaſterio Laurisham, die VIIII kalendas Auguſti, anno XXII Ludowici imperatoris.

MMDCCLXXXV.
Commutatio inter Samuelem epiſcopum & abbatem, & Eggimarum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem epiſcopum & abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine *Eggimarum*, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba in ſupradicta marca jurnales vjj; e contra dedit prædictus vir præfato abbati in eadem

dem marca & in *Sueinincheim* jurnales xj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIIII kalendas Junii, anno XIII Ludowici regis. 24. Maj.

MMDCCLXXXVI.
Donatio Teuteri.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Junii, anno III Karoli regis, ego Teuther pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum unum in ſupradicta marca &c. 1. Jun.

MMDCCLXXXVII.
Donatio Gutheri.

Nos in Dei nomine Guther & Wither pro anima Tanchulfi donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid idem Tanchulf in ſupradicta marca habuit in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XIII kalendas Junii, anno XXX Karoli regis. 20. Maj.

MMDCCLXXXVIII.
Donatio Rothwini.

In Chriſti nomine, die V kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Rothniu & filii mei Gozbertus et Errefrit donamus ad ſanctum Nazarium etc. quidquid in ſupradicta marca habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 28. Maj.

MMDCCLXXXIX.
Donatio Eberhardi.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Aprilis, anno IIII Karoli regis, ego Eberhardus pro remedio animæ meæ dono 26. Mart.

Digitized by Google

ad ſanctum Nazarium etc. curtim j in ſupradicta marca, et pratum j, & xxx jurnales de terra aratoria, & j mancipium &c.

MMDCCXC.

Donatio Wonatgeri in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Wonatger pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca *Gardaha*, & jurnales x de terra aratoria, & de pratis jurnalem j ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
24. Jun. die VIII kalendas Julii, anno XV Ludowici imperatoris.

MMDCCXCI.

Donatio Gotelindis.

18. Sept. In Chriſti nomine, ſub die XIIII kalendas Octobris, anno XII Karoli regis, ego Gotelindis & filius meus Geilo donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum j & jurnales xxx, & quidquid ad ipſum manſum pertinet &c.

MMDCCXCII.

Donatio Ratbodonis.

Ego in Dei nomine Ratbodo pro animabus fratrum meorum Reginbodonis & Libiconis dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum, excepto j manſo, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
7. Febr. ham, die VII idus Februarii, anno XII Karoli regis.

MMDCCXCIII.

Digitized by Google

MMDCCXCIII.

Donatio Iſenberti.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Decembris, anno XI Karoli regis, ego Iſenbertus & Saigil donamus ad ſanctum Nazarium &c. unum manſum in ſupradicta marca, & hubam j & quidquid ad manſum pertinet in pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c. 25. Nov.

MMDCCXCIV.

Donatio Hunberti.

In Chriſti nomine, ſub die VII kalendas Auguſti, anno VIII Karoli regis, ego Hunbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in ſupradicta marca in loco, qui dicitur *Bellinga*, & quidquid ad ipſos manſos pertinet in pratis, domibus, aquis, & vj mancipia &c. 27. Jul.

MMDCCXCV.

Donatio Albrici.

Ego in Dei nomine Albrichus pro anima Heltberti dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca in loco, qui vocatur *Reuchun*, jurnalem j de terra ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IX kalendas Junii, anno XXII Karoli regis. 24. Maj.

MMDCCXCVI.

Donatio Sigebaldi & conjugis ejus.

In Chriſti nomine, die kalendas Martii, anno VI Karoli regis, ego Sigebaldus & conjux mea Geila donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Waltſazi* in *Harthei-* 1. Mart.

mer marca in loco, qui dicitur *Larbach*, & xxx jurnales & jjj mancipia & quidquid ad ipſum manſum pertinet &c.

MMDCCXCVII.

Donatio Bernonis & Balthildis.

24. Maj. In Chriſti nomine, ſub die IX kalendas Junii, anno X Karoli regis, ego Berno & Balthjlt donamus ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in ſupra dicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCXCVIII.

Donatio Brunonis.

29. Jan. In Chriſti nomine, die IIII kalendas Februarii, anno XXIII Karoli regis, ego Brun pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca v jurnales &c.

MMDCCXCIX.

Donatio Bernhardi & conjugis ejus.

1. Mart. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Martii, anno VI Karoli regis, ego Bernhardus & conjux mea Bithgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca quidquid habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCCC.

Digitized by Google

MMDCCC.
Donatio Huodonis.

In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Junii, anno XX Karoli regis, ego Huodo pro anima Waningi dono ad ſanctum Nazarium etc. v jurnales in *pago Wingartheiba* in *Buohheimer* marca, et prata ad jj carradas feni etc. 2. Jun.

MMDCCCI.
Donatio Godeſthiwae.

Ego in Dei nomine Goteſthiu pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium etc. quidquid in ſupradicta marca et in *Hettincheim* et in *Heimſtat* et in *Turninen* habere viſa ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas Novembris, anno XLV Karoli imperatoris.

MMDCCCII.
Venditio Ruperti.

Ego in Dei nomine Rupertus venerabili Gundelando abbati de monaſterio Laurisham etc. vendidi in ſupradicta marca quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, unde accepi ab ipſo unctas vjj, et res tradidi præfatas, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII nonas Octobris, anno X Karoli regis. 4. Oct.

MMDCCCIII.

MMDCCCIII.

Donatio Guntrami.

22. Jul. In Chriſti nomine, die XI kalendas Auguſti, anno XIII Karoli regis, ego Guntram dono ad ſanctum Nazarium etc. quidquid in *pago Wingartheiba* in *Dalaheimer* marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis etc.

MMDCCCIV.

Donatio inter Egilbertum abbatem, & Liobgozum.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Egilbertum abbatem monaſterii ſancti Nazarii, et virum quendam nomine Liobgoz, ut res ſuas inter ſe commutarent. Dedit igitur præfatus abba præfato viro in villa *Hartheim* pratum j; e contra dedit prædictus vir in ſupradicta *Dalheimer* marca jurnales jjjj et pratum j ſtipulatione ſubnixa.
25. Sept. Actum in monaſterio Lauriſham, die VII kalendas Octobris, anno XX Ludowici imperatoris.

MMDCCCV.

Donatio Thegenheri.

Ego in Dei nomine Theganher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium etc. unum ſervum in ſupradicta marca in jus et dominium ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
31. Maj. riſham, die II kalendas Junii, anno XXXVII Karoli regis.

MMDCCCVI.

Digitized by Google

MMDCCCVI.
Donatio Merolſi.

In Chriſti nomine, die V nonas Julii, anno IIII Karoli regis, ego Merolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium etc. xjj jurnales in ſupradicta marca, perpetualiter ad poſſidendum etc. 3. Jul.

MMDCCCVII.
Donatio Moor & conjugis ejus.

Ego in Dei nomine Moor et conjux mea Wieltrud pro remedio animæ noſtræ donamus ad ſanctum Nazarium etc. j manſum in ſupradicta marca cum ædificio ſuperpoſito, et xx jurnales de terra arabili, et jjj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XII kalendas Junii, an. 21. Maj.
II Ludowici imperatoris.

MMDCCCVIII.
Donatio Eberhardi.

In Chriſti nomine, ſub die XIII kalendas Julii, anno XXI Karoli regis, ego Eberhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j mancipium in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 19. Jun.

MMDCCCIX.
Donatio Hemmae.

In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Auguſti, anno VI Karoli regis, ego Hemma pro remedio animæ meæ & filii mei Edonis dono ad ſanctum Nazarium &c. xjjjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum &c. 29. Jul.

MMDCCCX.
Donatio Mori.

23 Mart. In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Aprilis, anno XXXIII Karoli regis, ego Mor pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. v hubas in ſupradicta marca, & curiam cum ædificiis ſuperpoſitis, & vineam j, & quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia xv &c.

MMDCCCXI.
Donatio Ruodi comitis.

Ego in Dei nomine Ruodi comes pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. unum biſangum in ſupradicta marca &c. perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVI kalendas
14 Febr. Martii, anno XXV Karoli regis.

MMDCCCXII.
Donatio Snelhardi.

11. Nov. In Chriſti nomine, ſub die III idus Novembris, anno XV Karoli regis, ego Snelhart & Geroch & ſoror ejus Eulalia donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſum pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCCCXIII.
Donatio Bernoldi.

Ego in Dei nomine Bernolt pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca j manſum & xv jurnales de terra aratoria, & pratum j ſtipulatione ſub-
3. Jun. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die III nonas Junii, anno XXX Karoli imperatoris. MMDCCCXIV.

Digitized by Google

MMDCCCXIV.
Donatio Ebervini.

In Chriſti nomine, anno VI Karoli regis, ego Eberwin pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca & in *Bucheim* quidquid ibidem habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus &c.

MMDCCCXV.
Donatio Hunonis.

Ego in Dei nomine Huno pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Aprilis, 1. Apr.
anno quinto Karoli regis.

MMDCCCXVI.
Donatio Snelhardi.

In Chriſti nomine, ſub die idus Maji, anno XIIII Karoli re- 15. Maj.
gis, ego Snelhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in *Hartheimer* marca, quidquid ibidem habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCCCXVII.
Donatio Hamari & Rudelae.

In Chriſti nomine, ſub die X kalendas Junii, anno III Karoli 23. Maj.
regis, ego Hamar & Rudela donamus ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca, & unam aphtunnam &c.

MMDCCCXVIII.

Donatio Erchenfridi & Sigemundi.

18. Aug. In Chriſti nomine, ſub die XV kalendas Sept. anno XXI Karoli regis, ego Erchenfrit & Sigemunt & Ditmar, pro animabus Dudonis & Waldonis & Theodanæ & Milonis, donamus ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas ſerviles in ſupradicta . . . & quidquid in *Larbach* habere videor, & jjj manſos in *Dalcheim* & pratum j; & octo mancipia &c.

MMDCCCXIX.

Donatio Bleonswindis.

Ego in Dei nomine Bleonſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jj mancipia ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
13. Apr. idus Aprilis, anno XXX Karoli regis.

MMDCCCXX.

Donatio Zubelli.

Ego in Dei nomine Zubel venerabili Helmerico, abbati de monaſterio Laurishamenſi, ubi ſanctus Nazarius martyr in corpore requieſcit, vendidi rem meam in ſupradicta marca *Hartheim*, id eſt, campum j, habentem jjjj jurnales, unde accepi ab ipſo in pretium ſpadonem j, & ipſum campum tradidi perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum
26. Febr. in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMDCCCXXI.

Donatio Witradis & conjugis ejus.

In Chriſti nomine, ſub die II idus Junii, anno IIII Karoli regis, ego Witrath & conjux mea Adelgart donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca in villa *Hasbach* habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis &c. 12. Jun.

MMDCCCXXII.

Donatio Adelhardi.

In Chriſti nomine, ſub die VIII kal. Sept. anno XXIII Karoli regis, ego Adelhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c. 25. Aug.

MMDCCCXXIII.

Donatio Clementis.

In Chriſti nomine, die VI idus Aprilis, anno VII Karoli regis, ego Clemens presbiter, pro anima ſororis meæ Kailanæ, quod ipſa mihi tradidit dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid ipſa in ſupradicta marca habere viſa eſt in manſis, pratis, ſilvis, domibus, aquis &c. 8. Apr.

MMDCCCXXIV.

Donatio Zubelli & conjugis ejus.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Auguſti, anno V Karoli regis, ego Zubel & conjux mea Anſilt donamus ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca & in *Larbach* & in *Asbach* habere videmur in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c. 8. Aug.

Digitized by Google

MMDCCCXXV.

Donatio Beronis & Aldolfi.

1. Jan. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Januarii, anno primo Karoli regis, ego Bero & Aldolf pro remediis animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Wingartheiba* in villa *Larbach* &c.

MMDCCCXXVI.

Donatio Winebaldi in ſupradicta marca.

5. Mart. In Chriſti nomine, ſub die III nonas Martii, anno IIII Karoli regis, ego Winebaldus & Biltrudis donamus ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in ſupradicta marca cum caſa & omni ædificio ſuperpoſito, & jurnales LXX, & mancipia vjj &c.

MMDCCCXXVII.

Donatio Landonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Lando & filius meus Waldo donamus ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta villa manſum j cum huba, & prata vj, & pomerium cum ædificio, & ſilvam, & quidquid ad manſum pertinet ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VII kalendas Octobris, anno XIII Ludowici imperatoris.
25. Sept.

MMDCCCXXVIII.

Donatio Winbaldi in ſupradicta villa.

Ego in Dei nomine Winbaldus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta villa habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Januarii, anno XIII Pippini regis.
25. Dec.

MMDCCCXXIX.

MMDCCCXXIX.

Donatio Thiotmari in praedicta villa.

Ego in Dei nomine Thiotmar & conjux mea Hildila pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta villa cum ædificio ſuperpoſito, & hubam j, & prata jjj, & mancipia vj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXXVI Karoli imperatoris.

MMDCCCXXX.

Donatio Gauzonis in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die VI kalendas Junii, anno X Pippini re- 27. Maj.
gis, ego Gauz pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDCCCXXXI.

Donatio Dudonis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Dudo pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. XL jurnales in ſupradicta marca, & mancipium j a die præſenti dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X kalendas Decembris, anno V Ka- 22. Nov.
roli regis.

MMDCCCXXXII.

Donatio Zubelli in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Zubel venerabili Gundelando, abbati de monaſterio ſancti Nazarii, vendidi in ſupradicta marca quidquid ibidem habere viſus ſum in terra culta & inculta, unde

accepi

Digitized by Google

accepi ab ipſo in pretio ſpadonem j ſtipulatione ſubnixa. Ac-
12. Mart. tum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMDCCCXXXIII.

Donatio Meginheri in ſupradicta marca.

7. Aug. In Chriſti nomine, die VII idus Auguſti, anno V Karoli regis, ego Meginher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in ſupradicta marca, & mancipia jj cum omni poſſeſſione eorum &c.

MMDCCCXXXIV.

Donatio Dudonis.

24. Jun. In Chriſti nomine, die VIII kalendas Julii, anno VII Karoli regis, ego Dudo pro remedio animæ Theudanæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca jurnales xjj de terra aratoria, & duo mancipia perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCXXXV.

Donatio Madelwini.

Ego in Dei nomine Madelwinus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinet, & in loco qui dicitur *Moresdal*, juxta fluvium Gutra, j bivangum & xxv mancipia cum omni poſſeſſione eorum, & quidquid ibidem habui, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die kalendas Sep-
1. Sept. tembris, anno XVIII Ludowici imperatoris.

MMDCCCXXXVI.

Digitized by Google

MMDCCCXXXVI.
Donatio Wantfridi.

Ego in Dei nomine Wantfrit pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in *Burheimer* marca j mancipium , & quidquid ibidem habui ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, an. XXVII Karoli regis.

MMDCCCXXXVII.
Donatio Ruthberti in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die idus Junii, anno VIII Karoli regis, ego Rutpertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c. 13. Jun.

MMDCCCXXXVIII.
Donatio Willae in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Wille, pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in ſupradicta marca, & mancipia vjj & quidquid in eadem marca habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XXVII Karoli regis.

MMDCCCXXXIX.
Donatio Giſelberti.

In Chriſti nomine, ſub die II kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Giſelbertus & filius meus Irminbertus donamus ad ſanctum Nazarium &c, quidquid in ſupradicta marca proprietatis habere videmur in manſis, ædificiis, campis, aquis &c. 31. Maj.

Digitized by Google

MMDCCCXL.

Donatio Theohnantis.

Ego in Dei nomine Theothnant pro animabus fratrum meorum Hugirati & Haderati dono ad ſanctum Nazarium &c. j bivangum in ſupradicta *Bucheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lau-
5. Oct. risham, die III nonas Octobris, anno XXVIII Karoli regis.

MMDCCCXLI.

Donatio Erchenfridi.

Ego in Dei nomine Erchenfrit pro remedio animæ Hegisheri dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca j hubam & quidquid ad ipſam pertinet in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
9. Aug. naſterio Laurisham, die V idus Auguſti, anno XXXII Karoli regis.

MMDCCCXLII.

Donatio Ortheri.

11. Jun. In Chriſti nomine, die III idus Junii, anno XX Karoli regis, ego Ortherus pro anima Richmari dono ad ſanctum Nazarium &c. vj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca &c.

MMDCCCXLIII.

Donatio Reginfridi in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Reginfrit pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca & *Heinſteter*, & *Turninu*, & *Rinzesheim* habere viſus ſum in manſis, pratis, ſilvis, aquis, & vjj mancipia ſtipulatione ſubnixa.

nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Octobris, anno XXVII Karoli regis. 14. Oct.

MMDCCCXLIV.

Donatio Reginfridi in ſupradicta marca.

In Chriſti nomine, die VIII kalendas Novembris, anno X Karoli regis, ego Reginfridus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. xxxvj jurnales in ſupradictis marcis *Bucheim* & *Heinſtetten*, & manſum unum cum ædificio ſuperpoſito, & molendinum j & quidquid ad ipſam hubam pertinet &c. 25. Oct.

MMDCCCXLV.

Donatio Walderici.

In Chriſti nomine, die kalendas Octobris, anno XX Karoli regis, ego Walderich dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Rinzesheim* quidquid ibidem habere viſus ſum in manſis, pratis, campis, ſilvis, aquis &c. 1. Oct.

MMDCCCXLVI.

Donatio Walderici.

In Chriſti nomine, die III nonas Junii, anno XXI Karoli regis, ego Walderich pro anima Wiſerich dono ad ſanctum Nazarium &c. medietatem poſſeſſionis in ſupradicta marca in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c. 30. Maj.

MMDCCCXLVII.

Donatio Herewardi.

Ego in Dei nomine Herewart pro animabus patris & matris meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba*

heiba in villa *Rodinsburon* quidquid ibidem habere viſus ſum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XLV Karoli imperatoris.

MMDCCCXLVIII.

Donatio Wadalberti.

Ego in Dei nomine Wadalbertus & uxor mea Albgart pro remedio animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. j bivangum in ſupradicta marca, ſtipulatione ſub-
12. Jun. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Junii, anno XI Ludowici imperatoris.

MMDCCCXLIX.

Donatio Hildemari in ſupradicta marca.

21. Sept. In Chriſti nomine, die XI kalendas Octobris, anno XV Karoli regis, ego Hildemar pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid habere viſus ſum in ſupradicta marca in manſis, pratis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis &c.

MMDCCCL.

Donatio Ocgeri.

Ego in Dei nomine Ocger pro anima patris mei & ſororis meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in *Secheimer* marca jj manſos cum hubis, & v mancipia cum omni poſſeſſione ſua, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mona-
12. Jun. ſterio Laurisham, die II idus Junii, anno XXXIIII Karoli regis.

MMDCCCLI.

Digitized by Google

MMDCCCLI.
Donatio Libungi.

Ego in Dei nomine Libunc dono ad ſanctum Nazarium &c. xxx jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die nonas Decembris, anno XXIX Karoli regis. 5. Dec.

MMDCCCLII.
Donatio Othelmi.

Ego in Dei nomine Othelm pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas cum manſis in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſas pertinet in campis, pratis, aquis, ſilvis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Novembris, anno XXXI Karoli regis. 6. Nov.

MMDCCCLIII.
Donatio Autgozi.

Ego in Dei nomine Autgoz pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in ſupradicta marca cum omni ædificio ſuperpoſito cum manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII idus Novembris, anno XXXI Karoli regis. 6. Nov.

MMDCCCLIV.
Donatio Leidradis.

Ego in Dei nomine Leidrat, pro animabus Berengozi & Wilgundis & uxoris meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca, & xvjj jurnales & quidquid ad ipſum manſum pertinere videtur ſtipulatione ſubnixa. Actum

30. Maj. in monaſterio Laurisham, die III kalendas Junii, anno XXXVII Karoli regis.

MMDCCCLV.

Donatio Manoldi.

Ego in Dei nomine Manolt pro remedio animæ Willetrudis dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
16. Jun. naſterio Laurishamenſi, die XVI kalendas Julii, anno XXI Karoli regis.

MMDCCCLVI.

Donatio Degenheri.

29. Maj. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Junii, anno XX Karoli regis, ego Degenher pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca cum caſa deſuper, & xlvjjj jurnales de terra &c.

MMDCCCLVII.

Donatio Adalungi.

Ego in Dei nomine Adalungus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca manſum j & vjj jurnales de terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in mo-
30. Maj. naſterio Laurisham, die III kalendas Junii, anno XXII Ludowici regis.

MMDCCCLVIII.

Donatio Albgozi.

Ego in Dei nomine Albgoz pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj manſos in ſupradicta marca & jjjj hubas, & quidquid ad ipſas pertinet, & mancipia jx ſtipula-

pulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XVII kalendas Maji, anno XXX Karoli regis. 15. Apr.

MMDCCCLIX.

Donatio Altbirnis.

Ego in Dei nomine Altbirn pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in *pago Wingartheiba* in *Sulbzbacher* marca & quidquid ad ipſas pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XII kalendas Junii, anno XIIII Ludowici imperatoris. 21. Maj.

MMDCCCLX.

Donatio Baldhuni.

Ego in Dei nomine Baldhun pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. hubam j in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſam pertinet in manſis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die V idus Julii, anno VII Karoli regis. 11. Jul.

MMDCCCLXI.

Donatio Altbirnis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Altbirn pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjj hubas in ſupradicta marca, & in *Scaſlentia* v prata & vj jurnales juxta baſilicam, ubi & Gerrich dedit jjjj jurnales, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, anno XIII Ludowici imperatoris.

MMDCCCLXII.

MMDCCCLXII.
Donatio Worwini in marca Sulzbach.

26. Maj. Ego in Dei nomine Wortwinis, ſub die VII kalendas Junii, anno XLIIII Karoli imperatoris, dono ad ſanctum Nazarium &c. j baſilicam in ſupradicta marca *Sulzbach*, & curtim j indominicatam, & jjjj manſos, & xjjjj hubas & mancipia vjj &c.

MMDCCCLXIII.
Donatio Manoldi in Urbacher marca.

Ego in Dei nomine Manolt pro remedio animæ Rihſlat dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in *pago Wingartheiba* in *Urbacher* marca, & vjj prata, & mancipium j ſtipulatione
13. Jun. ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die idus Junii, anno XXX Karoli regis.

MMDCCCLXIV.
Donatio Salberti in ſupradicta marca.

3. Oct. In Chriſti nomine, die V nonas Octobris, anno XXIIII Karoli regis, ego Salbertus pro remedio animæ meæ & Lipſuindæ conjugis meæ, dono ad ſanctum Nazarium &c. jj manſos in ſupradicta marca, & quidquid ad ipſos pertinet in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c.

MMDCCCLXV.
Donatio Eberwalli in Altheimer marca.

6. Nov. In Chriſti nomine, die VIII idus Novembris, anno IX Karoli regis, ego Eberwal pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. v jurnales in *pago Wingartheiba* in *Altheimer* marca, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCLXVI.

Digitized by Google

MMDCCCLXVI.

Donatio Sigedrudis in ſupradiċta marca.

In Chriſti nomine, die II nonas Novembris, anno VII Karoli regis, ego Sigedrut pro remedio animæ filii mei Blimmari dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in ſupradicta marca habere viſus ſum in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis &c. 4. Nov.

MMDCCCLXVII.

Donatio Wolfberti in Scafflenzer marca.

In Chriſti nomine, die II idus Junii, anno XIX Karoli regis, ego Wolfbertus & conjux mea Udilheit pro remediis animarum noſtrarum donamus ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in *pago Wingartheiba* in *Scaflenzer* marca, & xv jurnales, & noſmetipſos &c. 12. Jun.

MMDCCCLXVIII.

Donatio Rudingi in ſupradiċta marca.

Ego in Dei nomine Rudinc pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, die V kalendas Junii, anno X Karoli regis. 28. Maj.

MMDCCCLXIX.

Donatio Wagonis in ſupradiċta marca.

Ego in Dei nomine Wago, quod mihi tradidit Richſuint pro remedio animæ ejus, dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum ſti-

18. Mart. pulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die XV kalendas Aprilis, anno XV Karoli regis.

MMDCCCLXX.

Donatio Wolfberti in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Wolfbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. vjj jurnales de terra aratoria in ſupradicta marca perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſub-
12. Nov. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II idus Novembris, anno VIII Karoli regis.

MMDCCCLXXI.

Donatio Blienonis in ſupradicta marca.

Ego in Dei nomine Blieon pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. j manſum in ſupradicta marca, & de ſilva jurnales xjjjj a die præſenti perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauris-
19. Dec. ham, ſub die XIIII kalendas Januarii, anno vero XV glorioſi imperatoris Karoli.

MMDCCCLXXII.

Donatio Criſponis in eadem marca.

Ego in Dei nomine Criſpo pro remedio animæ Gaſtradi dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca hubam j ſervilem, & pratum j & quidquid ad hubam pertinet, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII
12. Mart. idus Martii, anno XIIII Karoli regis.

MMDCCCLXXIII.

Digitized by Google

MMDCCCLXXIII.

Donatio Erinberti in ſupradicta marca, & in Rudwinnsburen.

Ego in Dei nomine Erinbertus pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta marca, & in *Rudwinsburen* jjjj manſos cum ædificiis ſuperpoſitis, & jurnales XLV & mancipia jj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die II kalendas Junii, anno XXII Ludowici imperatoris. 31. Maj.

MMDCCCLXXIV.

Donatio Erkenvrit.

Ego in Dei nomine Erkenvrit pro remedio animæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in *Hettincheimer* marca, manſum unum perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die V idus Octobris, anno XXXIII regni Karoli regis. 11. Oct.

MMDCCCLXXV.

Donatio Hemolt.

In Chriſti nomine, ſub die VII idus Novembris, anno VII 7. Nov. Karoli regis, ego Hemolt dono ad ſanctum Nazarium &c. in ſupradicta *Hettincheimer* marca jurnales vj de terra arabili dono, trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis &c.

MMDCCCLXXVI.

Donatio Gerhart & conjugis ejus Bleonſuint.

In Chriſti nomine, ſub die V idus Octobris, anno XXXIII 11. Oct. regni Karoli regis, ego Gerhart & conjux mea Bleonſuint

 dona-

Digitized by Google

donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Ullintgatheiba* in *Hettincheimer* marca, & in *Bocheimer* marca, & in *Heiſter* marca, & in *Thurnmer* marca, quidquid ibidem habere viſi ſumus in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, & mancipia vjjj cum omnibus, quæ habere videntur, a die præſenti in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeant jure habendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere voluerint liberam in omnibus habeant poteſtatem &c.

MMDCCCLXXVII.
Donatio Adabaldi.

Ego in Dei nomine Adabaldus dono ad ſanctum Nazarium &c. manſum j in pago Wingartheiba in *Hettincheimer* marca, & jurnales xxx ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
2. Jun. Laurisham, ſub die IIII nonas Junii, anno ſeptimo Karoli regis.

MMDCCCLXXVIII.
Commutatio Erchenfridi.

In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Adalungum, abbatem monaſterii Laurishamenſis, & virum quendam nomine Erchenfridum, ut res aliquas inter ſe commutarent., quo & communi conſilio & pari voluntate facere decreverunt. Dedit igitur præfatus Adalungus abba prædicto Erkenfrido in pago Wingartweiba in *Hettincheimer* marca hubas jjjj, & prata ad carradas v; e contra dedit præfatus Erkenfrit Adalungo abbati in eodem pago in villa *Urbach* hubas jjj, & prata ad carradas xjj, & caſam unam in *Sulzbach* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die
19. Febr. XI kalendas Martii, anno XXII regni Ludowici imperatoris.

MMDCCCLXXIX.

Digitized by Google

MMDCCCLXXIX.
Donum Wanichi.

Ego in Dei nomine Wanînc & conjux mea Folchniu donamus ad ſanctum Nazarium &c. quicquid habere videmur in pago Wingartheiba in *Hettincheimer* marca in manſis, pratis, domibus, ædificiis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, ſub die IIII nonas Martii, anno ſeptimo Ludowici imperatoris. 4. Mart.

MMDCCCLXXX.
Donum Albſuindi.

Ego in Dei nomine Albſuint dono ad ſanctum Nazarium &c. agrum j in pago Wingartheiba in *Hettincheimer* marca, & j mancipium perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, ſub die III idus Junii, anno XI regni Karoli regis. 11. Jun.

MMDCCCLXXXI.
Donum Ruthberti.

In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Februarii, anno VII Karoli regis, ego Rutbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. 30. Jan. quidquid habere videor in *pago Wingartheiba* in *Heicholfesheimer* marca in manſis, pratis, campis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCLXXXII.
Donatio Helitbradi in pago Irinenſi.

In Chriſti nomine, ſub die idus Martii, anno XLVI regni Karoli regis, ego Helitbrath dono ad ſanctum Nazarium &c. 15. Mart.

vj hubas in *Hecholfeſheimer* marca, & manſum indominicatum cum caſa & omni ædificio ſuperpoſito, & quidquid ibidem habere viſus ſum, & in *Seccaher* marca pratum j &c.

MMDCCCLXXXIII.

Donatio Waldruthi in Heichholfeſheim.

Ego in Dei nomine Waldruth dono ad ſanctum Nazarium &c. jj hubas in *pago Wingartheiba* in villa *Heicholfeſheim*, & j molendinum, & in alia villa *Seggaha* jjj hubas & quidquid ad ipſas pertinere videtur in manſis, terris, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio
23. Sept. Lauriſſam ſub die IX kalendas Octobris, anno XXII regni Ludowici imperatoris.

MMDCCCLXXXIV.

Donatio Brunichonis in villa Heicholfeſheim.

Ego in Dei nomine Brunicho & frater meus Adelbertus pari conſilio & communi voluntate donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba*, in *Scaflenzer* marca in villa *Heicholfeſheim* quidquid ibidem proprietatis habere videmur in manſis, domibus, ædificiis, pratis, ſilvis, aquis, terris cultis & incultis. Similiter in *pago Wormatienſi* in *Oppenheimer* marca aream unam, & jurnales xjj, & vineas, quas ibidem habere videmur, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lanrisham, anno VI Ludowici regis, ſub die XII kalendas
21. Jul. Auguſti.

MMDCCCLXXXV.

Donatio Wartrini.

13. Apr. In Chriſti nomine, ſub die idus Aprilis, anno XXIV regni Karoli regis, ego Wartrun & filius meus Reginher donamus ad

ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in *Heicholfesheimer* marca x jurnales de terra, & pratum ad duas carradas, & unum mancipium &c.

MMDCCCLXXXVI.

Donatio Reginberti, in Scillingeſtat.

Ego in Dei nomine Reginbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. quidquid in *pago Wingartheiba* in *Scillingeſtater* marca habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, domibus, ædificiis, & mancipia jjjj ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VIII kalendas Julii, anno VII Karoli regis. 24. Jun.

MMDCCCLXXXVII.

Donatio Hadfridi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hadeſrit dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in villa *Scilingeſtat*, x jurnales de terra aratoria, a die præſenti dono, trado atque transfundo, ita, ut ab hac die ad ipſum locum proficiat in augmentis, & hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die VI kalendas Decembris, anno XIIII Karoli regis. 26. Nov.

MMDCCCLXXXVIII.

Donatio Wenilonis in eadem villa.

Ego in Dei nomine Wenilo & frater meus Boran, & Irminfrid, & ſoror noſtra Duda donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in villa *Scillingeſtat*, jjjj hubas cum manſis jjjj & omni ædificio ſuperpoſito, & mancipia xjjjj cum omnibus, quæ habere videntur perpetualiter ad poſſidendum ſtipu-

ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die X
23. Jan. kalendas Februarii, anno XLII regni Karoli imperatoris.

MMDCCCLXXXIX.

Donatio Adelberti in eadem villa.

28. Jun. In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Julii, anno V Karoli regis, ego Odelbertus dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in villa *Scillingeſtat* curtim j & jurnales xx de terra aratoria, & pratum j a die præſenti dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCXC.

Donatio Rudinchi in eadem villa.

Ego in Dei nomine Rudinc pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in *Scillingeſtater* marca vicos jj perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in
12. Mart. monaſterio Laurisham, ſub die IIII idus Martii, anno XIIII regni Karoli regis.

MMDCCCXCI.

Donatio Richardi in pago Wingartheiba in villa Witigeſtat.

10. Maj. In Chriſti nomine, ſub die VI idus Maji, anno VIII regni Karoli regis, ego Richhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Witigeſtat* xxx jurnales de terra aratoria, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCXCII.

Digitized by Google

MMDCCCXCII.
Donatio Iſenhardi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Novembris, anno VII regni Karoli regis, ego Iſenhart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba in villa *Witegenſtat* manſum j cum domo & x jurnales &c. 2. Nov.

MMDCCCXCIII.
Donatio Stangradi ſilvam in Gaminesbach.

Ego in Dei nomine Stangart pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wingartheiba ſuper fluvio Neckere inter *Gaminesbach* & *Ulvina* ſilvam cum ipſa terra, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die VII idus Maji, anno IIII regni Karoli regis. 9. Maj.

MMDCCCXCIV.
Donatio Folcheri in Frickenheimer marca.

In Chriſti nomine, ſub die IIII nonas Junii, anno XX regni Karoli regis, ego Foliher & conjux mea Lantſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in *Frickincheimer* marca, j manſum, & xj jurnales de terra aratoria &c. 29. Maj.

MMDCCCXCV.
Donatio Gamarit in Cimbren.

Ego in Dei nomine Gamarit dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Zimbren* jurnalem j & dimidium perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die IIII idus Martii, anno XIIII regnante Karolo rege, Helmerico abbate. 12. Mart.

Digitized by Google

MMDCCCXCVI.

Donatio Landrici in pago Wingartheiba.

Ego in Dei nomine Landrich dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago *Wingartheiba* quicquid habere videor in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die
26. Febr. IIII kalendas Martii, anno XIII Karoli regis.

MMDCCCXCVII.

Donatio Albſuint in Heichenhuſen.

Ego in Dei nomine Albſuint pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Heichenhuſen* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham,
31. Maj. die II kalendas Junii, anno XX Karoli regis.

MMDCCCXCVIII.

Conmotatio Theothelmi in Wingartheimer marca jurnales IIII.

4. Jun. In Chriſti nomine conplacuit atque convenit inter venerabilem Samuelem, epiſcopum atque abbatem monaſterii ſancti Nazarii, & virum quendam nomine Theothelm, ut pro oportunitate locorum res aliquas inter ſe commutarent, quod & pari conſilio & communi voluntate fecerunt. Dedit igitur præfatus epiſcopus prædicto Theothelmo in *pago Wingartheiba* in *Alenzer* marca jurnales jj; e contra dedit præfatus Theothelm prædicto epiſcopo in eadem marca jurnales jjjj ſtipulatione ſub-
28. Apr. nixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII kalendas Maji, anno XIII Ludowici regis.

MMDCCCXCIX.

MMDCCCXCIX.

. . . .

Item Bernoch tradidit ad ſanctum Nazarium pro remedio animæ Thiethelmi in eadem marca agrum j poſt diſſceſſum conjugis ſuæ perpetualiter ad poſſidendum.

MMDCCCC.

Donatio Sigeberti in Rochisheim.

Ego in Dei nomine Sigebertus pro anima patris mei Nortberti dono ad ſanctum Nazarium &c. vjjj jurnales de terra aratoria, in *pago Wingartheiba* in villa *Rochisheim* ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus Martii, anno XIIII Karoli regis. 12. Mart.

MMDCCCCI.

Donatio Radolfi in Anſiringa.

In Chriſti nomine, ſub die IIII kalendas Auguſti, anno XXII 29. Jul. Karoli regis, ego Radolf pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Aſſiringa* quidquid habere videor in manſis, pratis, ſilvis, aquis, terra culta & inculta &c.

MMDCCCCII.

Donatio Manoldi in Heinſtat.

Ego in Dei nomine Manolt pro remedio animæ Sigelint dono ad ſanctum Nazarium &c. jjjj jurnales de terra aratoria in *pago Wingartheiba* in villa *Heinſtat* a die præſenti in jus & dominium ſancti Nazarii perpetualiter ad poſſidendum ſtipulatione

tione ſubnixa. Actum in monaſterio Laurisham, die IIII idus
10. Jan. Januarii, anno XXIIII regni Karoli regis.

MMDCCCCIII.

Donatio Birinchi in Borocheim.

27. Jun. In Chriſti nomine, ſub die V kalendas Julii, anno VI Karoli regis, ego Birinc pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* in villa *Borocheim* vjj jurnales de terra aratoria, & in *Beninheim* pratum j &c.

MMDCCCCIV.

Donatio Wilandi in Heinbach.

4. Jul. Anno regni Karoli regis VII, ſub die IIII nonas Julii, ego Wieland & conjux mea Siſſa donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wingartheiba* ſuper fluvio *Heinbach* manſum j cum caſa deſuper perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die habeatis jure habendi, donandi, commutandi, vel quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem &c.

MMDCCCCV.

Donatio Hartgeri in pago Sulmanachgowe in Sulmana.

8. Jun. In Chriſti nomine, ſub die VI idus Junii, anno X Karoli regis, ego Hartger & conjux mea Richſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago SULMANACHGOWE in villa *Sulmana*, jjjj jurnales de terra aratoria &c.

MMDCCCCVI.

MMDCCCCVI.

Donatio Egilberti in eadem villa.

Ego in Dei nomine Egilbertus pro filio meo Adelhardo dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Sulmanachgowe in villa *Sulmana* vjj jurnales de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die ad ipſum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſham, ſub die XII kalendas Februarii, anno XIIII regni Karoli regis. 21. Jan.

MMDCCCCVII.

Donatio Bernhardi in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die kalendas Novembris, anno ſeptimo 1. Nov. Karoli regis, ego Bernhart pro anima germani mei Adelhardi dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Sulmanachgowe in villa *Sulmana* jurnales decem de terra aratoria perpetualiter ad poſſidendum, ita, ut ab hac die & deinceps ad ipſum locum vel ad agentes ipſius omni tempore proficiat in augmentis &c.

MMDCCCCVIII.

Donatio Hanſuint in eadem villa.

Ego in Dei nomine Hanſuint pro remedio Dudonis dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Sulmanachgowe in villa *Sulmana* jjjj jurnales de terra aratoria a die præſenti dono, trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa. Actum in monaſterio Lauriſhamenſi, ſub die XV kalendas Februarii, anno XIIII Karoli 18. Jan. regis.

MMDCCCCIX.

Donatio Hunſuint in eadem villa.

Item Hunſuint tradidit ad ſanctum Nazarium in pago Sulmanachgowe in villa *Sulmana* vjj jurnales, II idus Junii, ſtipulatione ſubnixa.

10. Jun.

MMDCCCCX.

Donatio Plitrochi in eadem villa.

10. Jul. In Chriſti nomine, ſub die VI idus Julii, anno III Karoli regis, ego Plidroch & uxor mea Blitrud donamus ad ſanctum Nazarium &c. in pago Sulmanachgowe in villa *Sulmana* quicquid ibidem habere videmur in manſis, pratis, ſilvis, aquis, terra culta & inculta, & mancipia vjj cum omnibus, quæ habere videntur, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCCXI.

Digitized by Google

MMDCCCCXI.

Donatio Beringeri in pago Wetereiba in Hanſinesheim.

In Chriſti nomine, ſub die III idus Junii, anno XX Karoli regis, ego Beringer pro anima fratris mei Witheri dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wedereiba*, in *Hanſinesheimer* marca x jurnales de terra aratoria, a die præſenti dono, trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum &c. 10. Jun.

MMDCCCCXII.

Donatio Otcheri in eadem villa.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Maji, anno quinto Karoli regis, ego Otcher presbiter pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wetereiba in *Hanſinesheimer* marca x jurnales de terra, & j manſum &c. 10. Maj.

MMDCCCCXIII.

Donatio in Weiterere.

Ego in Dei nomine Engilgoz & conjux mea Egkeſuint donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wetereiba* in *Wetterere* marca, quidquid ibidem habere videmur in manſis, campis, pratis, ſilvis, aquis, & dimidium molendinum, & duo mancipia a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus, in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ſtipulatione ſubnixa.

Actum

Digitized by Google

27. Sept. Actum in monaſterio Laurisham, ſub die V kalendas Octobris, anno XXXVII Karoli regis.

MMDCCCCXIV.

Donatio Hildeboldi ſuper fluvio Wettera.

30. Aug. In Chriſti nomine, ſub die III kalendas Septembris, anno ſexto Karoli regis, ego Hildebolt, pro anima Erlewini, dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wettereiba* in villa *Wettera*, ſuper fluvio Wettera, jurnales xxx de terra aratoria, & de ſilva quod mei juris eſſe videtur, a die præſenti de jure meo in jus & dominationem ſancti Nazarii dono, trado atque transfundo &c.

MMDCCCCXV.

Donatio Hermandu in eadem villa.

1. Jun. In Chriſti nomine, ſub die kalendas Junii, anno IIII Karoli regis, ego Herman pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in pago Wettereiba in villa *Wettera*, juxta fluvium Wetteraha, j manſum, & quidquid de terra inculta ibidem habere videor, perpetualiter ad poſſidendum &c.

MMDCCCCXVI.

Donatio Frumingozi in Aleſtat.

14. Jun. In Chriſti nomine, ſub die XVIII kalendas Julii, anno XV Karoli regis, ego Frumigoz pro remedio animæ meæ dono ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wettereiba* in *Alaſtater* marca, manſum j & de terra aratoria, jurnales xxx & pratum j perpetualiter ad poſſidendum &c.

Digitized by Google

MMDCCCCXVII.
Donatio Folcuini in eadem marca.

In Chriſti nomine, ſub die VI idus Julii, anno XXX regni Karoli regis, ego Folcuin & ſoror mea Folcrath donamus ad ſanctum Nazarium &c. in *pago Wettereiba* in *Alachſtater* marca, & in *Ganbacher* marca CCCL jurnales de terra arabili, & ſilva & prata ad carradas xxvjj, & manſos jjj, & mancipia xv a die præſenti de jure noſtro in jus & dominium ſancti Nazarii donamus, tradimus atque transfundimus perpetualiter ad poſſidendum &c. 10. Jul.

MMDCCCCXVIII.
Donatio Rechilt in Doricheim.

